

Vna igitur spes homini: una salus in hac doctrina quā defendim⁹ posita est. Omnis sapientia hominis in hoc uno est: ut deum cognoscat et colat. Hoc nostrū dogma: hęc sententia ē. Quāta itaq; uoce possum testificor: proclamo: denuncio. Hoc ē illud quod philosophi omnes in tota sua uita quę fuerunt: nec unquam tamē inuestigare: comprehendere: tenere ualuerunt: quia aut prauam religionē tenuerūt: aut totam penitus sustulerunt. Facebant igitur illi omnes: qui humanam uitam nō instruunt sed turbant. Quid enim docent? Aut quem instruunt: qui seipos nundum instruxerūt? Quem sanare egroti? Quem regere cęci possunt? Huc ergo nos omnes quibus est cura sapientię conferamus. An expectabimus donec Socrates aliqd sciat? An Anaxagoras lumē ī tenebris inueniat? Aut Democritus ueritatem de puteo extrahat? Aut Empedocles dilatet animi sui semitas? Aut Archefilas & Carneades uideant: sentiant: percipiant? Ecce uox de cęlo ueritatem docens: & nobis sole ipso clarius lumē ostendens. Quid nobis iniqui sumus: & sapientiā suscipere cunctamur: quam docti homines cōtritis ingrendo etatibus suis: nūquam reperire potuerunt? Qui uult sapiens ac beatus esse: audiat dei uocem: discat iusticiam: sacramētū natiuitatis suę norit: humana cōtēnat: diuina suscipiat: ut summū illud bonū ad quod natus est possit adipisci. Dissolutis religionibus uniuersis: & omnibus quęcunq; in earū defensionem dici uel solebant uel poterant refutatis: deinde conuictis philosophię disciplinis: ad ueram religionem nobis sapientiāq; ueniēdum est: quoniam est (ut docebo) utrunq; coniunctum: ut eam uel argumentis: uel exemplis: uel idoneis testibus afferam⁹. Et stulticiam quam nobis isti deoꝝ cultores obiectare non desinant: ut nullam penes nos: sic totā penes ipsos esse doceamus. Et quā prioribus libris cū falsas arguerim religiones: & hic cum falsam sapientiam tollerem: ubi ueritas sit ostenderit: planius tamen quę religio: & quę sapientia uera sit liber proxim⁹ indicabit.

L. Coelū Lactantiū diuinā institutionū aduersus gētes liber quartus in quo docetur quę religio: & quę sapientia uera sit. Quomodo uni⁹ sęculi error ī omnē sit trāsfusus etatē: & orbē occupauerit: & gręcia post gloriā septem sapiētū studio pquirende ueritatis exarserit: & studiosi ei⁹ se maluerūt philosophos q̄ sapientes appellari. C. p̄mū.

Ogitanti mihi: & cū animo meo sepe reputan-  
 ti porē illū generis hūani statū: & mix pariter  
 & idignū uideri solet: qđ uni<sup>9</sup> seculi stulticia  
 religiones uarias suscipiētis: deosq; mltos esse  
 credētis: in tantā subito ignorationē sui uentū  
 est: ut ablata ex oculis ueritate: neq; religio ueri  
 dei: neq; hūanitatē rō teneret: hominib<sup>9</sup> nō ī cēlo sūmū bonum  
 querētib<sup>9</sup>: sed in terra: quā ob cām pfecto seculoꝝ uetēꝝ mutata  
 foelicitas ē. Coeperūt enī relicto parēte & cōstitutore omnium  
 deo īsensibilia digitoꝝ suoꝝ figmenta uenerari: q̄ prauitas qđ se  
 fecerit: qđ maloꝝ attulerit: res ip̄a declarat. Auerſa nāq; a sūmo  
 bono: qđ iō beatū & sempiternū ē: q̄ uideri tāgi cōphēdi nō po-  
 test: & a uirtutib<sup>9</sup> ei bono cōgruētib<sup>9</sup>: q̄ sūt eque immortales: ad  
 hos corruptos & fragiles deos lapsi: & studētes his reb<sup>9</sup> qb<sup>9</sup> so-  
 lū corpus ornat: aliis: delectat: mortē sibi ppetuā cū dijs et cū bo-  
 nis corporib<sup>9</sup> q̄ fierūt: q̄ morti corpus oē sibi cōtū ē. Insecuta est  
 igif huiusmodi religionis iniusticia & īpietas sicuti fuerat neces-  
 se. Desierūt enī uult<sup>9</sup> suos ī cēlū tollere: sed deorsū mētes homi-  
 nū deſſe terrenis ut religiōib<sup>9</sup>: sic etiā bonis īherēbāt. Secutū ē  
 discidiū generis humani & fraus & nefas oē: q̄ spretis sempter-  
 nis atq; icorruptis bonis: q̄ sola debēt ab homine cōcupisci: tem-  
 poralia & breuia maluerūt: maiorq; ad malū hominib<sup>9</sup> fides fu-  
 it: q̄ prauū recto q̄ p̄sentius fuerat p̄tulerūt. Sic hūanā uitā p̄ori-  
 bus seculis in clarissima luce uersatā caligo & tenebrę cōphēde-  
 rūt. Et qđ huic prauitati cōgruēs erat postq̄ sblata sapiētia ē: tum  
 demū homines sapientum sibi nomē uēdicare coeperūt: tū autē  
 nemo sapiēs uocabat: cū oēs erāt: uterq; nomē illud publicū ali-  
 qñ quis ad paucos redactū: tū uim suā retineret. Possent enī for-  
 tasse pauci illi uel ingenio ul' auctoritate: uel assiduis hortamētis  
 liberare populū uicijs & errorib<sup>9</sup>. Sed adeo ī totū sapientia occi-  
 derat: ut ex ip̄a nominis arrogātia nullū eoꝝ q̄ uocarēt apparuit  
 fuisse sapientē. Et tñ p̄usq̄ hęc p̄bia que dicit̄ eēt inuenta: septem  
 fuisse tradunt̄ primi omnium: qui quia de rebus naturalibus que  
 rere ac disputare sunt ausi: sapiētes haberi appellariq; meruerūt.  
 O miserum calamitosumq; seculū: quo p̄ orbē totū septem soli  
 fuerunt: qui hominum uocabulo cierentur. Nemo enim potest  
 iure dici homo: nisi qui sapiens est. Sed si ceteri omnes p̄t̄ ip̄os

Quis uē p̄t̄ dicit̄

stulti fuerūt: ne illi quidē sapientes: q̄ nemo sapiēs esse uere iudicio stultoꝝ p̄t: adeo ab his abfuit sapientia: ut ne postea q̄dem ī crescēte doct̄rina: & multis magnisq; ingeniis in idiꝑm semp̄ intentis nō potuerit p̄spici ueritas & cōphēdi. Nā post illoꝝ septē sapiētū gloriā: īcredibile ē quāto studio īgrēde ueritatis grēcia oīs exarserit. Ac p̄mū nomē īꝑm sapiētię arrogās putauerit: s; q̄ nō sapiētes: sed studiosos sapiētię uocauerūt: quo factō & illos q̄ temere sapiētū sibi nomē alciuerāt: erroris stulticięq; dānauerūt: & se quoq; ipsos ignorātię: quā qdē nō diffitebāt. Nam ubi cūq; reꝝ natura īgeniis eoꝝ quasi manus opposuerat: ne rōnem possent aliq̄ reddere testificari solebāt nihil scire se: nihil cernē. Vñ multo sapiētiores iueniūt: q̄ se aliq̄ ex pte uiderūt: q̄ illi qui sapere crediderant.

Cap. ii. Quod ibi ē q̄renda sapiētia ubi gētib⁹ ē stulticię titulus. Et quare Pythagoras & Plato litteraꝝ p̄secutores nō accesserunt ad iudeos.

Vare si neq; illi fuere sapiētes: q̄ sunt appellati: neq; posteriores: q̄ nō dubitauerūt ī sapiētiā cōfiteri: qd̄ supest nisi ut alibi sit q̄renda sapiētia: quare nō ē ubi q̄rebat̄ iuēta. Quid autē; putemus fuisse causę: cur tot īgeniis: totq; tēpori⁹ sūmo studio & labore q̄sita non reperiret̄: nisi q̄ eā philosophi extra fines suos quęsierūt? Qui quoniā pagratis & exploratis oib⁹ nulq̄ ullā sapiētiā cōphēderūt: & alicubi eē illā necesse ē: apparet illic potif̄ simū eē quęredā ubi stulticię titulus apparet: cui⁹ uelamēto deus ne arcanū sui diuini operis in p̄patulo eēt thesauꝝ sapiētię & ueritatis abscondit. Vñ eqdē solem⁹ mirari: q̄ cū; Pythagoras & postea Plato: amore indagandę ueritatis accensi: ad egyptios & magos & persas usq; penetrasent: ut earū gētīū ritus & sacra cognoscerent. Suspiciabāt enī sapiētiā in religione uersari: & ad iudeos tantū nō accesserūt: penes quos tūc solos erat: & quo facilius ire potuissent. Sed auersos eē arbitror diuina p̄uidētia nescire possent ueritatē: q̄ nōdū fas erat alienigenis hominib⁹ religionē dei ueri iusticiāq; cognoscere. Statuerat enī de⁹ appropinquante ultimo tēpore ducē magnū cęlit⁹ mittere: q̄ eā p̄fido īgratoq; populo ablatā externis gentibus reuelaret. Qua de re in hoc libro aggrediar disputare: si prius ostendero sapientiam cum religione sic cohęrere: ut diuelli utrunq; non possit.

Capitulum. iij. Quod sapientia & religio inseparabiliter co-  
herent: & q̄ necesse est eosdem nō diuersos esse secretarios sapi-  
entię & numinis sacerdotes. Et quare contra naturam sit colere  
plures deos. Et quare necessitate naturę oportet dominum esse  
unum unicuiq̄: sic & patrem unum.

Eorū igit̄ cultus in priore libro docui non habuisse sapien-  
tiā nō mō: q̄ diuinū animal hominē terrenis fragilibusq̄  
substernit: sed q̄ nihil ibi deserit: qd̄ p̄ficiat ad mores excolen-  
dos uitāq̄ formādam: nec habet inq̄sitionē aliquā ueritatis: sed  
tantūmodo ritū colendi: qui nō officio mentis: sed ministerio  
corporis constat. Et ideo nō est illa uera religio iudicanda: quia  
nullis iusticię uirtutisq̄ p̄ceptis erudit: efficitq̄ meliores. Ita  
philosophia q̄ ī illis religionē: idest summā pietatem nō habet  
nō est uera sapientia. Nā si diuinitas quę gubernat hunc mundū  
incredibili beneficentia genus hominū sustentat: & quasi pater-  
na indulgentia fouet: uult p̄fecto grām sibi referri & honorē da-  
ri. Nec cōstare homini ratio pietatis potest: si celestib⁹ beneficiis  
extiterit igrat⁹: quod nō ē utiq̄ sapiētis. Quoniā igitur (ut dixi)  
philosophia & religio deoꝝ disiuncta sunt & longe discreta: si  
quidem aliū sunt p̄fessores sapientię: per quos utiq̄ ad deos non  
adiū. Alij religionis antistites: per quos sapere nō discitur: appa-  
ret nec illam esse ueram sapiētiā: nec hanc religionē: iccirco nec  
philosophia potuit ueritatem comprehendere: nec religio deoꝝ  
rationē sui qua caret reddere. Vbi aut̄ sapiētia cū religione  
inseparabili nec nexu coheret: utrūq̄ eē ueꝝ necesse est. Quę iā et  
in colēdo sapere debemus: idest scire qd̄ nobis: & quō sit colen-  
dum: & in sapiendo colere: idest re & actu qd̄ scierim⁹ implere.  
Vbi ergo sapientia cū religione cōiungitur: ubi. s. ibi de⁹ colit̄  
unus: ubi uita & act⁹ oīs ad unū caput & ad unā sūmā refer̄. De  
niq̄ iidē sūt doctores sapientię: q̄ & dei sacerdotes. Nec tñ mo-  
ueat quēq̄ q̄ sepe factū ē & fieri pōt: ut philosophus aliq̄s deoꝝ  
suscipiat sacerdotiū: qd̄ cū sit: nō tñ cōiūgit̄ p̄bia cū religione:  
sed etiā p̄bia inter sacra cessabit: & religio quando philosophia  
tractabitur. Illa enī religio muta est: nō tātū quia mutorum est:  
sed quia ritus eius in manu & in digitis eius: & nō ī corde aut in

ingua sicut nostra que uera est. Iccirco & in sapientia religio: & in religione sapientia est: ergo non potest segregari: quod sapere nihil aliud est: nisi deum uerum iustis ac pijs cultibus honorare. Multo autem deorum cultus non est secundum naturam: etiam hoc argumento colligi potest & comprobati. Omnem deum qui ab homine colitur: necesse est iter solennes ritus & precationes preteritum nuncupari: non tantum honoris gratia sed & rationis: quod & antiquior est homine: quod uitam salutem uictumque prestat ut patet. Itaque & Iupiter a precationibus preteritum uocatur: & Saturnus & Ianus & Liber & ceteri deinceps: quod Lucilius in deorum consilio irridet: uti nemo sit nostrum: quoniam aut pater optimus diuum: aut Neptunus preteritum: Liber: Saturnus pater: Mars: Ianus: Quirinus preteritum: sic & hoc nomen pater dicatur ad unum: quod si natura non patitur: ut sint unum hominum plures patres. Ex uno enim precreatur: ergo deos etiam multos colere contra naturam est: contraque pietatem. Unde ergo colendus est: qui potest uerus preteritum nominari. Idem etiam dominus sit necesse est: quare sicut potest indulgere: ita etiam cohercere. Pater ideo appellatur: quia nobis multa & magna largitur. Dominus ideo: quia castigandi & puniendi habet maximam potestatem. Dominus uero eundem esse qui sit pater: etiam iuris ciuilis ratio demonstrat. Quis enim poterit filios educare: nisi habeat in eos dominum potestatem: nec immerito pater familias dicitur: licet tantum filios habeat: uidelicet nomen patris complectitur etiam seruos: quia familiam sequitur: & nomen familie complectitur etiam filios quia pater antecedit. Unde apparet eundem ipsum & patrem seruorum & dominum filiorum. Denique & filius manumittitur tanquam seruus: & seruus liberatur: patroni nomen accipit tanquam filius. Quod si propterea pater familias nominatur: ut appareat eum duplici potestate preeditum: quia & indulgere debet quod pater est: & cohercere quod dominus: ergo idem seruus est qui & filius: & idem dominus qui & pater. Sicut igitur nature necessitate non potest esse nisi unus pater: ita nec dominus nisi unus. Quid enim faciet seruus si multi domini diuersa imperauerint: ergo contra rationem: contraque naturam sunt religiones multorum deorum. Si quidem nec patres multi possunt esse nec domini: deos autem & patres & dominos nuncupari necesse est. Teneri ergo ueritas non potest: ubi homo idem multis patribus dominisque subiectus est. Vbi animus in multa disperisus: hic atque illuc diuagatur. Nec habere ullam firmitatem religio potest: quando certo & stabili domicilio caret. Cultus ergo deorum ueri esse non possunt: eodem modo quo matrimonium dici non potest: ubi mulier

uiros multos habet: sed hęc aut meretrix aut adultera nominabitur. A qua enī pudor: castitas: fides abest: uirtute careat necesse ē: sic & religio deoꝝ impudica est & incesta: quia fide caret: q̄ bonos ille instabilis & incertus caput atq̄ originem non habet.

Cap. iiii. Quod sapiētia spectat ad filios: religio ad seruos & utriusq̄ fons deus un⁹ solus & uerus: q̄ ingrātū abdicat filium & fugitiuum punit seruum.

Vibus rebus apparet q̄ inter se coniuncta sint sapientia & religio: sapientia spectat ad filios: quę exigit amorem: religio ad seruos: quę quidem exigit timorem. Nā sicut illi patres diligere debent & honorare: sic hi dominū colere: & uereri. Deus autem q̄ unus est quoniā utranq̄ personā sustinet & patris & domini: & amare eū debemus: quia filii sumus: & timere: q̄ serui. Nō pōt igit nec religio a sapientia separari: nec sapiētia a religione secerni: quia idem deus est: q̄ & itelligi debet: q̄ est sapientia: & honorari q̄ est religionis. Sed sapiētia p̄cedit: religio sequitur: quia prius est deum scire: cōsequēs colere. Itaq̄ in duob⁹ nominibus una uis est: q̄ uis diuersa esse uideant. Alter enī positum est in sensu: alterū in actu: sed tñ similia sunt duobus riuis uno fonte manātib⁹. Fons autē sapientię & religionis deus est: a quo hi duo riui si aberrauerūt accrescāt necesse ē: quę q̄ nesciunt nec sapiētes esse possunt: nec religiosi. Sic fit ut philosophi & q̄ deos colunt similes sint: aut filiis abdicatis aut seruis fugitiuis: neq̄ illi patrem querūt: neq̄ hi dominū: & sicut abdicati hēreditatem non assequunt: & fugitiui ipunitatē. Ita neq̄ philosophi immortalitatē accipiunt: quę est regni celestis hēreditas: idest sūmum bonū: qđ illi maxie querūt: neq̄ cultores deoꝝ poenā sempiternę mortis effugient: q̄ aduersio ueri domini aduersus fugitiuos suę maiestatis ac nominis. Deū uero esse patrem: eūdēq̄ dominum utriq̄ ignorauerunt tam cultores deoꝝ: q̄ ipsi professores sapientię: quia aut nihil oīno colē dū putauerūt: aut religiones fallas approbauerūt: aut etiā si uim ptātemq̄ summi dei intellexerūt: ut Plato: qui ait unū esse fabricatorem mundi deum: & Marcus Tullius qui fatetur hominē p̄clara quadā cōditiōe a summo deo esse generatum: tamē et debitū tanq̄ summo patri non reddiderūt: quod erat consequens atq̄ necessariū. Deos autē

neq; patres neq; dominos esse non posse: nō tantum multitudo (ut supra ostēdi) sed etiā rō declarat: qua neq; fictū esse ab his hominē tradit: neq; deos ipsos antecedere originem hominis inuenitur. Si quidē fuisse in terra homines anteq̃ Vulcanus & Liber & Appollo: & ipse Iupiter nascerent̃ apparet. Sed ne Saturno ficto hominis: neq; cęlo patri ei⁹ assignari solet: qd' si nullus eorū qui colūtur formasse a p̃ncipio: atq; īstituisse hominē traditur. Null⁹ igit̃ ex his p̃r hominis nūcupari pōt: ita nec de⁹ qdē. Ergo fas nō ē uenerari eos a qb⁹ nō sit hō generat⁹: q̃ neq; a multis pōt generari. Vnus igit̃ ac solus coli debet: q̃ Iouē: q̃ Saturnum: qui cęlum ipsum terrāq; antecessit. Is enī necesse ē hominē figurauerit: qui añ hominē cęlū terrāq; p̃fecit. Solus pater uocandus est: qui creauit: solus dominus nūcupandus: q̃ regit: qui habet uitę ac necis uerā ac perpetuā ptatē: quē q̃ nō adorat & inīpiēs seru⁹ ē: q̃ deū suū aufugiat: & īpius filius: q̃ suū ueꝝ p̃rem uel oderit uel ignoret.

Cap. v. Quod oracula p̃phetaz solite inspiciēda sūt: quos diuinit⁹ eē locutos reꝝ multo añ p̃dictaz cōuicit̃ euentus. Et quo tempore p̃phetauerit Moyses. Quot ānis Iosue rexit̃ populū. Quot p̃fuerint iudices: q̃ diu regnauerit̃ reges. Quo tēpore dominatus Cyrus. Quod in p̃phetis & sapientię fundamentum.

Vnc quoniam docui sapientiam & religionē nō posse deduci: superest ut de ipsa religione ac sapientia disseramus. Sentio quidem q̃ sit difficilis de rebus cęlestibus disputatio: sed tamen audiendum est ut illustrata ueritas pateat. Multiq; ab errore atq; interitu liberentur: qui eā sub uelamento stulticię latentē asperrant̃ ac respuunt. Sed priusq̃ incipiā de deo et operibus ei⁹ dicere: pauca mihi de p̃phetis ante dicēda sūt: quoz̃ testimoniis nunc uti necesse est: qd' in prioribus libris ne facerem temperaui. Ante omnia qui ueritatem studet cōprehendere: non mō intelligēdis p̃phetaz uocibus animū debet intēdere: sed etiā tempora p̃ que quisq; illoꝝ fuerit diligentissime inquirere: ut sciat & que futura p̃dixerunt: & post quot annos p̃dicta completa sint nec difficultas in his colligendis inest ulla. Testati enim sunt s̃b quo quisq; rege diuini spiritus fuerit passus instinctum: multiq; scriptos libros de temporibus ediderūt: initiū faciētes a p̃pheta

Moyſe qui troianū bellū ſeptingētis fere annis aſceſſit. Iſ autē  
cū p̄ ānos quadragita populū rexifſet: ſucceſſorē habuit Ioſuen:  
q̄ ſeptē & uiginti annis tenuit p̄ncipatū. Ex inde ſub iudicib⁹ ſu  
erunt p̄ annos tricentofſeptuaginta. Tū mutato ſtatu reges habē  
coeperūt: q̄bus ip̄erū tenētib⁹ p̄ annos quadringētofſexaginta  
uſq; ad Sedechiē regnū oppugnati a rege babilonico: captiq; iu  
dēi diuturnū ſeruitiū p̄tulerūt: donec ſeptuageſimo poſt anno  
Cyrus maior captiuos iudeos terris ac ſedib⁹ ſuis redderet: q̄ p̄  
id tēpus ī perſas ſuſcepit ip̄erū: quo rome Tarqnuſ ſuperbus.  
Quare cū oīs tēporū ſeries ex iudaicis & ex grēcis romanisq; hi  
ſtoris colligatur: etiā ſingulorū prophetarum tempora colligi  
poſſunt: quorū tamen ultimus Zacharias fuit: quem conſtat ſub  
Dario rege ſecūdo anno regni ei⁹ octauo menſe cecinifſe: adeo  
antiquiores eſſe grēcis ſcriptoribus prophete reperiūt. Que oīa  
eo p̄tero ut erroreſ ſuum ſentiant: qui ſcripturā ſacrā coarguere  
nitunt: tanq̄ nouā & recens fictam: ignorantē ex quo fonte ſan  
ctē religionis origo manauerit. Quod ſi quis collectis p̄oſpe  
ctiſq; temporibus fundamētū doctrine ſalubriter iecerit: & ue  
ritatem penitus cōprehēdet: & erroreſ cognita ueritate deponet.

Capitulū. vi. Quod deus creator omniū coomnipotentem  
genuit filium: & per eum creauit uniuerſa: teſtes ſunt Sibylla &  
Triſmegyſtus: oracula conſona prophetis & ſapientiſſimo Sa  
lomonī.

Eus igitur machinator conſtitutorq; rerum ſicuti in ſecun  
do libro diximus: ante q̄ p̄clarum hoc opus adoriretur:  
ſanctū et incorruptibilē incōprehēſibile ſpiritū genuit: quē filiū  
nuncuparūt. Et q̄uis alios poſtea innumerabiles p̄ ip̄m creauifſet  
quos angelos dicimus: hunc tamen ſolum primogenitum diui  
ni nominis appellatione dignatus eſt patria ſcilicet uirtute ac ma  
ieſtate pollentem. Eſſe autem ſummi dei filium: qui ſit poteſtate  
maxima p̄ditus: non tantum congruentes in unum propheta  
rum uoces: ſed etiam Triſmegyſti p̄dicatio: & Sibyllarum uer  
ticia demōſtrāt. Hermes ī eo libro q̄ λόγοσ τέλειοσ iſcribit  
hiſ uſuſ ē v̄bis. ὁ κύριοσ καί τῶν πάντων πιοητήσ ὄν θεόν  
καλεῖν μενομικάμεν: ἐπεί τόν δευτερον ἐποίησε θεόν ὄρα  
τόν καί αἰῶητόν. αἰῶητόν δέ φημί ὄν δια τό αἰῶηθαι



αὐτον. περι γάρ τοῦτὸν οὐκ ἐστὶν πότερον αὐτὸς αἰθεροῖ  
 το ἀλλότι εἰς αἰθέρησιν ὑποπέμπει καὶ εἰσνοῦν ὅτι οὖν  
 τοῦτὸν ἐποίησε πρῶτὸν καὶ μόνον καὶ ἔμα καλῶσθε ἀν  
 τῶ ἐφάνη καὶ πληρέσατος πάντων τῶν ἀγαθῶν ἠγάθη  
 τε καὶ πάνυ ἐφίλησεν ὡς ἰλίον τόκον. Idest dominus &  
 omnium creator: quem deum uocare censemus: quia secundum  
 fecit deum uisibilem et sensibilem. Sensibilem autem nō ideo q̄  
 ipse sentit dicitur: de hoc enī nō ē ut ipse sentiat: sed q̄ in sensus  
 submittit & mētē: q̄ ergo cū fecit p̄mū & unū & solū: bonus ei  
 uisus ē & plenissimus omniū bonorum: sanctificauitq; & ama  
 uit quasi filiū. Sibylla erithrea in carminis sui p̄ncipio: qd' a sum  
 mo deo exorsa ē: filiū dei ducē & ἱperatorē omniū his uersibus  
 p̄dicat. Πάντοροφονκτισήν ὅσ γλυκὺ πνεῦμα ἀπασί κα  
 τέθετο καὶ ἠήτηρα θεόν πάντων ἐποίησε. i. ὀνιῦ nutrito  
 re creatorēq;: qui dulcē spiritū oīb⁹ apposuit: ac p̄ncipē omniū  
 deoz fecit. Et rursus in fine eiusdē carminis. ἀμὲν αὐτὸν ἔδλωκε  
 θεός πῖσοῖσ ἀνδράσι γεραινεῖν: idest alterum dedit deus  
 fidelibus uiris honorarem ipsum tuum cognosce deum q̄ dei fi  
 lius ē. Et alia Sibylla p̄cepit hūc oportere cognosci. αὐτὸν σοῦ  
 γινώσκε θεόν θεοῦ υἱόν ἔοντα. Videlicet ipse dei filius: q̄ p̄ Sa  
 lomonē sapientissimū regē diuino plenū locut⁹ ē: eaq; sibi cōm⁹  
 Deus cōdidit me ī initio suaz uiaz ī opera sua añ secula: fūdauit  
 me in p̄ncipio añq̄ terrā faceret: anteq̄ abyssos cōstitueret: p̄fusq̄ p̄  
 derent fontes aquaz: ante omnes colles genuit me: dominus fecit  
 regiones & terras inhabitabiles sub celo. Cum pararet celos ad  
 eram illi: & cum secerneret suā sedē: cū sup uetos faceret ualidas  
 nubes: & cū cōfirmatos poneret mōtes sub celo: quādo fortia fa  
 ciebat fundamenta terre: erā penes illū disponens: ego erā cui ag  
 gaudebat: quotidie autē iocūdabar añ faciem eius: cum letaretur  
 orbe perfectō. Iccirco aut Trismegyft⁹ Λημνοῦπρόν τόν θεόν  
 idest creatorē dei: & Sibylla. σὺμβουλον. i. cōsiliariū appellat:  
 q̄ tāta sapiētia sit ἰstruēt⁹ a deo patre: ut cōsilio & manib⁹ uterē  
 in fabricatione mundi.

Cap. vii. Quod nomē filij & angelis aut hominib⁹ sit igno  
 tū: licet nomē habeat quod ab utrisq; adoratur. Et unde dicatur  
 Iesus & unde Christus.

Ortasse. querat aliquid hoc loco: q̄s sit iste tam potēs: tam

deo carus: & quod nomē habeat: cui<sup>9</sup> p̄ma natiuitas nō mō ante  
cessit mundū: ueꝫ etiā prudētia dispoſuerit: uirtute cōstruxerit.  
Primū nos scire cōuenit nomē ei<sup>9</sup> ne angelis qdē notū eē: q̄ mo  
rant ī cęlo: sed ip̄i soli ac deo patri nec añ id publicabit: ut ē san  
ctis l̄ris traditū q̄ dispēſatio dei fuerit īpleta. Deīde nec enūciari  
posse hoīs ore sicut docz Hermes hęc dicēs. **ΑΙΤΙΟΝ ΔΕ ΤΟΥΤΟΥ**  
**ΤΟΥ ΑΙΤΙΟΥ Η ΤΟΥ ΗΕΙΟΥ ΚΑΙ ΑΓΕΜΗΤΟΥ ΑΓΑΘΟΥ ΒΟΥΛΗΣΙΣ**  
**ΗΘΕΟΝ. ΠΡΟΗΝΕΓΚΕΝ ΟΥΤΟ ΟΝΟΜΑ ΟΥ ΔΥΝΑΤΑΙ ΑΝΘΡΩΠΙΝΩ ΣΟ**  
**ΜΑΤΙ: ΛΑΛΗΘΗΝΑΙ.** .i. e causa aut̄ hui<sup>9</sup> causę diuini boni uolūtas  
cuius nomen non potest humano ore fari. Et paulo post ad filiū  
**ΕΣΙ ΓΑΡΤΙΣ ΩΤΕΚΝΟΝ ΑΠΟΡΡΗΤΟΣ ΛΟΓΟΣ ΣΟΦΙΑΣ ΟΣΙΟΣ Ο**  
**ΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΟΝΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΠΑΝΤΩΝ. ΚΑΙ ΠΡΟΝΟΟΜΕΝΟΥ ΟΝ ΕΙ**  
**ΠΕΙΝ ὙΠΕΡ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΕΣΙ.** Est enim fili secretus quidā sermo sa  
pientię sanctus de solo domino omnium: & qui ante mente ca  
pitur: quem dicere supra hominem est. Sed quāuis nomen eius  
quod ei a principio pater summus imposuit: nullus alius p̄ter  
ipsum sciat: habet tamē & inter angelos aliud uocabulum: & in  
ter homines aliud. Iesus quippe inter homines nominantur. Nā  
christus non propriū nomen est nuncupatio potestatis et regni.  
Sed exponenda huius nominis ratio est p̄pter ignorantium er  
rorem: qui eū mutata littera **ΧΡΗΣΟΝ** solent dicere. Erat iudęis  
ante p̄ceptum ut sacz conficerēt ungentū: quo perungi possēt:  
hi qui uocabāt ad sacerdotiū uel ad regnū. Et sicut nūc romanis  
īdumētū purpurę īsigne ē regię dignitatis assūptę: sic illis unctō  
sacri ungentionē ac potestātē regiā conferebat. Verum quoniaz  
gręci ueteres **ΧΡΙΕΘΑΙ** dicebant ungi: quod nunc **ΑΛΕΙΦΕΘΑΙ**  
sicut indicat homericus uersus ille quo propiciabant unxerunt  
oleo **ΤΟΝ ΔΕ ΔΜΩΑΙ ΛΟΥΣΑΝ ΚΑΙ ΧΡΙΣΑΝ ΕΥΑΙΩ:** Idest hunc  
autem famule lauerūt & unxerunt oleo: ob hanc rationē nos euz  
christum nuncupamus: idest unctuz: q̄ hębraice Messias dicitur.  
Vnde in q̄busdā gręcis scripturis: quę male de hębraicis īterpta  
te sunt **ΗΛΗΜΜΕΝΟΣ:** idest ungendo creatus scriptus inuenitur  
**ΗΛΗΜΜΕΝΟΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΛΕΙΦΕΘΑΙ:** idest ab ungendo curari.  
Sed tñ utrolibet nomine rex significatur. Non q̄ ille regnū hoc  
terrenū fuerit adeptus: cuius capiendi nōdum tempus aduenit:  
sed q̄ cęleste ac sempiternū est de quo differemus in ultio libro:  
nunc uero de prima eius natiuitate dicamus.

Ca. viii. Quod fili⁹ bis nat⁹ ē:eternaliter de patre:tempora  
liter de uirgine matre:sed natiuitate inexcogitabili & ineffabili.  
Et quare dicatur uerbū:& in quo ab aliis angelis differat:& q̄re  
illi non dicant uerbum dei uel uerba .Et quare hominis spiritus  
diffolubilis.Et quid Dauid & Salomon pphetauerit de hoc uer  
bo.Et q̄ Salomō p̄cesserit troianū bellū: q̄ Iohānes euangelista  
de eodē uerbo

N primis enī testificabimur illū bis eē natū p̄mū ī spiritu  
postea ī carne. Vñ apud Hieremiā ita dicit: p̄usq̄ te forma  
rem in utero noui te. Et itē apud ip̄m: beatus q̄ erat anteq̄ nascere  
tur: quod nulli alii cōtigit p̄ter christū: q̄ cū eēt a p̄ncipio filius  
dei regeneratus est denuo secundum carnem: quē duplex natiui  
tas eius magnum ic̄tulit humanis p̄ctoribus errorē: circūfuditq̄  
tenebras ex his q̄ uere religionis sacramēta retinebāt. Sed nos id  
plane dilucideq̄ mōstrabimus: ut amatores sapientiē facilius ac  
diligentius instruant: q̄ audit dei filiū dici nō debet tātum nefas  
mēte cōcipere: ut ex cōnubio ac p̄mixtione foemine alicuius deū  
p̄creasse: qd̄ nō fecit nisi aīal corpale mortiq̄ s̄biēctuum. De⁹ aut̄  
cū solus adhuc eēt cui p̄miscere se potuit: aut cū eēt tantē potesta  
tis: ut quicquid uellet efficeret: utiq̄ ad creandum societate alteri  
us non indigeret: nisi forte existimabimus deum sicut Orpheus  
putauit: marē eē & foeminā: q̄ aliter generare nō quiuerit: nisi ha  
beret uim sexus utriusq̄: quali aut ip̄se secū coiret: aut sine coitu  
non potuerit p̄creare. Et Hermas in eadē fuit opinione: cū dicit  
αὐτὸ πᾶτορ ἄκαὶ αὐτὸ μητορᾶ. Quod si ita eēt ut a p̄phetis  
pater dicit: sic etiam mater diceret. Quomodo igitur p̄creauit!  
Primū nec sciri a quoq̄ possunt nec narrari opera diuina: sed tñ  
sanctē litterē docent: in qb⁹ tātū ē illū filium dei eē sermonem:  
itēq̄ ceteros angelos dei spiritus eē. Nā sermo est spiritus cum  
uoce aliqd̄ significāte probatus. Sed tñ quoniam spiritus & ser  
mo diuersis ptib⁹ p̄ferūt: si qdē spirit⁹ narib⁹: ore sermo proce  
dit: magna inter hunc dei filiū: ceterosq̄ angelos differentia est.  
Illi enī ex deo taciti spirit⁹ exierūt: q̄ nō ad doctrinā dei traden  
dam sed ad ministeriū dei creabāt. Ille uero cū sit & ip̄e spirit⁹:  
et tñ cū uoce ac sono ex dei opere p̄cessit: sicut v̄bū ea rōe q̄ uoce  
ei⁹ ad populū fuerat usus: id ē q̄ ille magister futurus eēt doctri  
nē dei: & celestis arcani ad hoīem p̄ferēdi: q̄ ip̄m p̄mo locut⁹ ē.

ut p̄ eum ipse ad nos loqueret̄. Et ille uocē dei ac uoluntatem no-  
bis reuelaret. Merito ergo sermo & uerbū dei dicitur: q̄ p̄ceden-  
tem de ore suo: uocalē sp̄iritū quē nō utero sed mēte cōcēperat:  
inexcogitabili quadā maiestatis suę uirtute ad effigiem q̄ p̄prio  
sensu ac sapientia uigeat cōprehēdit: & alios itē sp̄iritus in ange-  
los figurauit. Nostri sp̄iritus dissolubiles sunt: quia mortales su-  
mus: dei autem sp̄iritus & uiuunt & manent & sentiunt: q̄ ipse  
immortalis est: sensus & uitę dator. Nostre uoces licet aure mi-  
scean̄ atq; euanescāt: tñ pleꝝq; manent l̄ris cōphense: quanto ma-  
gis dei uoce cōphēdēdum ē: & manere ī eternū & sensu ac uir-  
tute cōmutari: quam de deo patre tāq̄ riuus de fonte traduxerit.  
Quod si q̄s mirat̄ ex deo deū p̄latione uocis ac sp̄irit⁹ potuisse  
generari: si sacras uoces p̄phetaz cognouerit: desinet p̄fecto mi-  
rari Salomonē patremq; ei⁹ David potētissimos reges fuisse: &  
eosdem p̄phetas: etiā his fortasse sit notū: q̄ diuinas litteras non  
attigerūt: quoꝝ alter q̄ posteri⁹ regnauit troianę urbis excidium  
cētū & quadragita ānis ācessit. Hui⁹ p̄r diuinoꝝ scriptor hym-  
noꝝ ī psalmo trigesimo secundo sic ait. Verbo dei cęli solidati  
sunt: & sp̄iritu oris ei⁹ omnis uirt⁹ eoꝝ. Item rursus in psalmo  
quadagesimo quarto. Eructauit cor meū uerbum bonum: dico  
ego opera mea regi. Cōstat uidelicet nulli alii opera dei eē nota  
nisi filio soli q̄ ē uerbū dei: & quē regnare īp̄petuū necesse ē. Itē  
Salomō ip̄m uerbū dei eē demōstrat: cui⁹ manib⁹ opera ista mū-  
di fabricata sūt. Ego inq̄t ex ore altissimi p̄diui añ omnē creatu-  
ram: ego in cęlis feci ut oriret̄ lumē ī deficiēs: & nebula texi oēm  
terrā. Ego ī altis habitauī: & thronus me⁹ ī colūna nubis. Iohan-  
nes quoq; ita tradidit. In p̄ncipio erat uerbū: & uerbū erat apud  
deū: & de⁹ erat uerbū: oīa p̄ ip̄m scā sūt: & sine ip̄o factū ē nihil.

Cap. ix. Quod melius a gręcis logos: q̄ a latinis uerbum: &  
qd̄ de deo senserint gentiles philosophi Zeno et Trismegystus  
Ed melius gręci. λόγον. dicunt q̄ nos uerbū siue sermonē  
Λογός enim & sermonē significat & rationē: quia ille est  
uox & sapientia dei: hunc sermonē diuinū ne philosophi q̄dem  
ignorauerunt. Si quidem Zeno rerum nature dispositore; atq;  
opificem uniuersitatis. Λογόν p̄dicat: quē & fatū & necessitate;  
rerum & deum & animum Iouis nuncupat ea consuetudie: qua

folent Iouē pro deo accipere: sed nihil obstant uerba: cui; sn̄a cōgruat ueritati. Est enī spiritus dei: quē ille animum Iouis nomīa uit. Nam Trismegystus qui ueritatē pene uniuersam nescio quo modo iuestigauit: uirtutem maiestatemq; uerbi sepe descripsit: sic declarat illud superius exemplum: quo fatetur eē ineffabilem quēdā spiritum sanctumq; sermonem: cuius enarratio modum hominis excedat. Dixi de natiuitate p̄ma breuiter ut potui. Nūc de secunda: quoniam controuersia ē: in ea maxime differendum est: ut ueritatē scire cupientibus lumen itelligentiē proferamus.

Cap. x. De secūda natiuitate filij quā p̄phete multū añ p̄dixerūt. Et quō educt⁹ sit israel ab egypto: et quib⁹ igratus bñficiis caput bouis ī memoriā Apis dei egyptiorū figurauerit: et q̄s ordo publicarum fuerit potestatum usq; ad domini passionem.

N p̄mis igitur scire homines oportet sic a principio p̄cessisse dispositionem summi dei: ut esset necesse appropiante seculi termino dei filium descēdere: ut cōstitueret deo tēplum doceretq; iusticiam. Verūtāmē nō in uirtute angeli aut potestate cęlesti: sed in figura hominis & conditione mortali & cū magisterio functus fuisset: traderetur in manus ip̄ioꝝ mortemq; suscipet: ut ea quoq; per uirtutem domita resurgeret: & homini quē induerat: quem gerebat: & spem uincendę mortis afferret: et ad p̄mia immortalitatis admitteret. Hanc ergo dispositionem; ne quis ignoret docebimus p̄dicta esse omnia: quę in christo uidemus esse completa. Nemo asseueratōni nostrę fidē accōmodet: nisi ostendero prophetas ante multam temporum seriem p̄dicasse: forte ut aliquando filius dei nasceret̄ sicut homo: & mirabilia faceret: & cultum dei per totam terrā seminaret: et postremo patibulo figeretur: & tertio die resurgeret. Quę oīa cū p̄ba uero eoꝝ tempoꝝ litteris q̄ deū summū mortali corpore uiuētē uiolauerunt. Quid aliud obstabit quo minus ueram sapientiam clarum sit in hac religione uersari. Nunc a principio totius sacramenti origo narranda est. Maiores nostri qui erant principes bebr̄oꝝ cū sterilitate: atq; inopia laborarent: transferūt in egyptū rei frumentarię gratia: ibiq; diutius cōmorantes intolerabili seruitutis iugo premerent̄: tū misert⁹ eoꝝ deus eduxit eos ac liberauit de manu egyptiorū: post ānos tricentos triginta duce Moysē

per quē postea illis lex a deo data est: in quā educatione ostēdit uir-  
tutē suę maiestatis de⁹. Traiecit enī populū medio mari rubro  
p̄cedēte angelo atq; scindēte aquā: ut populus p̄ siccum gradi  
posset: quē (ut ait poeta) Curuata in mōtis faciē circūstetit unda  
Qua re audita tyrān⁹ egyptioꝝ cū magna suoꝝ manu insecut⁹  
est: et mare adhuc patēs temere ingressus: coeūtib⁹ aquis cū exer-  
citu delet⁹ est. Hebrēi uero egressi e solitudine multa mirabilia  
uiderūt. Nā cū sitim paterent: ictu uirge rupe p̄cussa: p̄siliūt fōs  
aque populūq; recreauit: quo rursus esuriētī cęlestis alimēti plu-  
uia descēdit: qn etiā coturnices in castra eoꝝ uer⁹ induxit: nō ut  
mō cęlesti s; etiā instructiorib⁹ epulis saturarent. Pro his tñ di-  
uinis bñficijs honorē deo nō reddiderūt: s; depulsa iā seruitute  
iā siti fameq; deposita: i luxuriā delapsi ad p̄phanos egyptioꝝ  
rit⁹ aīos trāstulerūt. Cū enī Moyses dux eoꝝ ascēdisset in mōtē  
atq; ibidē quadraginta dieb⁹ moraret: aureū caput bouis quem  
uocāt ipsi apim quod eos signo p̄cederet figurarūt. Quo pec-  
cato ac icelere offensus deus impiū & ingrātū populū p̄ merito  
poenis gūib⁹ affecit: & legi quā p̄ Moysen dederat subiugauit.  
Postea uero cū in deserta quadā pte Syrię cōsēdisset: amiserūt  
uetus nomē Hebrēi. Et qm princeps eoꝝ exanimis Iudas erat iu-  
dei sunt appellati: & terra quā incoluere iudęa. Et primo qdem  
nō dominio regū subiēcti fuerūt: sed populo ac legi ciuiles iu-  
dices p̄sēdebāt: nō tñ inanū cōstituti sunt: sicut romani consu-  
les: s; p̄petua iurisdictione subnixi. Tum sublato iudicū nomē  
potestas regalis inducta est. Verū regimē eoꝝ iudicibus tenēti-  
bus prauas religiones sēpe susceperāt: atq; offensus ab his de⁹ to-  
tiēs alienigenis subiugabat: donec rursus poenitētia populi mi-  
tigatus liberaret eos seruitute. Itē sub regib⁹ finitimoz bellis ob-  
delicta uexati. Postremo capti abductiq; babylonē poenas im-  
pietatis suę graui seruitio pepēderūt: donec Cyrus ueniret in re-  
gnū: q̄ statim iudęos restituit edicto. Exinde tetrarchas habue-  
rūt usq; ad Herodē: q̄ fuit sub imperio Tyberij Cęsaris: cui⁹ an-  
no qnto decimo: id est duob⁹ geminis cōsulib⁹: ante diē decimū  
calēdarū apriliū iudęi Christum cruci affixerūt: hic reꝝ exitus:  
hic ordo in arcanis sanctarū litterarū cōtinet: sed prius ostēdaꝝ  
qua de causa in terrā uenerit Christus: ut fundamentū diuinę re-  
ligionis & ratio clarescat.

Capitulum .xi. Quę fuerit causa incarnationis Christi.

Um sepe iudei preceptis salutaribus repugnarēt: atque a diuina lege desisterēt aberrātes ad impios cultus deorum: cū deus iustos & electos sancto spiritu implebat: prophetas in media plebe constituēs: per quos peccata ingrati populi uerbis minacibus increparet: & nihilominus ad poenitentiam sceleris agendam hortaret: quā nisi egissent: atque abiectis uanitatibus ad deum suum redissent: forte ut testamentum suum mutaret: id est hereditatem uitę immortalis ad eternas conuerteret nationes: aliumque sibi populum fideliorē ex alienigenis congregaret. Illi autem a prophetis increpati: non modo uerba eorum respuerunt sed quod sibi peccata exprobarēt offensi eos ipsos exquisitis cruciatibus necauerunt: quę omnia diuine litterę signata conseruant. Dicit enim propheta Hieremias. Ad uos seruos meos prophetas ante lucem mittebam & non obaudiebatis me: neque intēdebatis auribus uestris cū dicerem uobis: conuertat unusquisque a uia sua mala: & nequissimis affectionibus uestris: & habitabitis in terra ista quā dedi uobis & patribus uestris a seculo usque in seculum. Nolite ambulare post deos alienos ut seruiatis eis: & ne incitetis me in operibus manuum uestrarum ad disperdendos uos. Eldras autem propheta qui fuit eiusdem Cyri temporibus: a quo iudei sunt restituti sic loquitur. Desciuerunt a te & abiecerunt legem tuam post corpus suum: & prophetas tuos interfecerunt: qui obtestabantur eos ut reuerterentur ad te. Item Helias in libro basilion tertio. Emulando emulatus sum domino deo omnipotenti: qui dereliquerunt te filij israel: & altaria demolierunt: & querunt animam meam auferre a me: propter has illoque impietates abdicauit eos impetuū: itaque desunt prophetas mittere ad eos: sed illum filium suum primogenitum: illum opificem rerum & consolatorē suum labi iussit e celo: ut religionem sanctam dei transferret ad gentes: idē ad eos qui deum ignorabāt: doceretque iusticiam quā perfidus populus abiecerat: quod iam pridē annūciauerat se esse facturum. Sic Malachias indicat dicens. Non est mihi uoluntas circa uos dicit dominus: & sacrificium acceptum non habeo ex manibus uestris: quoniam a solis ortu usque ad occasum clarificabitur nomen meum apud gentes. Item Dauid in psalmo xvi. Constitues me in caput gentium: populus quem non cognoui seruiet mihi. Isaias quoque sic loquitur. Venio colligere omnes gentes & linguas: & uenient & uidebunt claritatem meam: & dimittam super eos signum. Et

mittā ex his cōseruatos in gētes quę lōge sunt: quę nō audierūt  
gloriā meā: & nunciabūt claritatē meam in gentes. Volens igit̃  
de<sup>9</sup> metatorē tēpli sui mittere in terra; noluit eū in potestate &  
claritate cęlesti mittere: ut ingrat<sup>9</sup> in deū popul<sup>9</sup> in errorē maxi-  
mū induceret: ac poenas p̃ facinorib<sup>9</sup> suis lueret: q̃ dñm ac deuz  
suū nō recepissent: qđ olim p̃phetę cecinerāt sic eē factuz. Isaias  
enī quē ip̃li iudei serra cōfectū crudelissime necauerūt ita dicit.  
Audi cęlū & p̃cipe aurib<sup>9</sup> terra: qm̃ dñs locut<sup>9</sup> est: filios genui &  
exaltaui: ip̃i autē ip̃reuerūt me. Agnouit bos possessorē iuū: & a  
finis p̃sepiū dñi sui: israel autē me nō cognouit: & popul<sup>9</sup> me  
us me nō intellexit. Hieremias quoq; similiter ait. Cognouit tē-  
pus suū tutur & hyrūdo: & ruris passerēs custodierūt tēpora in-  
troit<sup>9</sup> sui: populus autē me<sup>9</sup> nō cognouit iudiciū domini. Quo  
modo dicitis sapiētes sum<sup>9</sup>: & lex domini nobiscū est! Incassū  
facta est metatura falsa. Scribe cōfusi sunt: sapiētes trepidauerūt  
& capti sunt: qm̃ uerbū dñi reprobauerūt. Ergo ut coeperā dice-  
re: cū statuisset deus doctorem uirtutis mittere ad hoīes: renasci  
eū denuo in carne p̃cepit & ip̃si homini similem fieri: cui dux  
& comes & magister esset futurus: s; tñ qm̃ clemens est & pius  
erga suos deus: ad eos ip̃sos eum misit quos oderat: ne illis in p̃-  
petuum salutis uiam clauderet: sed daret hīs liberā facultate; se-  
quēdi deū: ut & p̃miu; uite adipiscerent: si secuti fuissent: qđ  
plurimi eoz; faciunt atq; fecerunt: ut culpa sua in poena; mortis  
incurrerent: si regem suum repudiassent. Apud illos igit̃ & ex  
eorum semīe regenerari eū iussit: ne si fuisset alienigena iustam  
posset excusationē de lege p̃tendere: q̃ eū nō suscepissent sil<sup>9</sup>  
ut nulla omnino gens eēt in terra: cui spes immortalitatis negaret.

Capitulum. xij. De cōceptu & partu uirginis p̃dicto a pro-  
phetis. De passione resurrectione & ascensione & iudicio.

Ascendēs itaq; de cęlo spirit<sup>9</sup> ille spūs dei sanctā uirginē;  
cui<sup>9</sup> utero se īinuaret elegit. At illa diuino spiritu hausto  
repleta cōcepit: & sine ullo attactu uiri repēte uirginalis uterus  
intumuit. Quod si animalia quędam uento & aura cōcipere so-  
lere omnibus notū est: cur quisq; mirū putet cum spiritu cui est  
facile qđ uelit grauata eē uirginē dicim<sup>9</sup>? Quod sane incredibile



posset uideri: nisi hoc futurum ante multa secula prophetę cecinisset Salomon sic ait. Infirmatus est uterus uirginis: & accepit foetum & grauata est: & facta est in multa miseratione mater uirgo. Item prophetę Isaias cuius uerba sunt hec. Propter hoc dabit deus ipse nobis signum. Ecce uirgo concipiet in utero & pariet filium & uocabitur nomen eius Hemanuel. Quid de hoc manifestius dici potest? Legebant ista iudei: qui eum negauerunt. Si quis nos hec fingere arbitrat ab his requirat: ab his potissimum sumat: satis firmum testimonium est ad probandam ueritatem: quod ab ipsis prohibet & inimicis. Hemanuel nunc quod uocatus est: sed Iesus qui latine dicitur salutaris siue saluator: quia cunctis gentibus salutaris uenit: sed prophetę declarauit hoc nomine quod deus ad homines in carne uenturus esset. Hemanuel autem significat nobiscum deus: scilicet quod illo per uirginem nato confiteri homines oportebat: deum secum esse: id est in terra & in carne mortali. Unde Dauid in psalmo octuagesimo quarto. Veritas inquit de terra orta est: quod deus in quo ueritas est: terrenum corpus accepit: ut terrenis uiam salutis aperiret. Item Isaias ipse. Ipsi autem non crediderunt: & exacerbauerunt spiritum sanctum: et conuersus est eis ad inimicitiam: et ipse expugnauit: & recordatus est dierum seculi qui suscitauit de terra pastorem ouium. Quis autem futurus esset; ille pastor declarauit alio loco dicens. Exultent celi de super & nubes induant iusticiam: aperiatur terra: & pullulet saluator. Ego enim dominus deus creauit eum. Saluator uero est (ut supra diximus) Iesus. Sed alio loco idem prophetę sic predicat. Ecce natus est nobis puer: & datus est nobis filius: cuius imperium super humeros eius: & uocatum est nomen eius magni consilii nuncius. Idcirco enim missus est a deo patre: ut uniuersis gentibus que sub celo sunt: singularis & ueri dei sanctum mysterium reuelaret ablatum perfido populo: qui aduersus deum sepe deliquit. Daniel quoque similia prelocutus est. Videbam inquit in uisu noctis: & ecce in nubibus celi ut filius hominis ueniens: & usque ad uetustum diem peruenit. Et qui assistebant optulerunt eum: & datum est ei regnum & honor & imperium: & omnis populus tribus & lingue seruiet ei & potestas eius eterna que nunquam transibit: & regnum eius quod non corrumpet. Quomodo igitur iudei & confitentur & sperant Christum dei qui hunc idcirco reprobauerunt: quod ex homine natus est? Nam cum ita sit a deo constitutum: ut idem Christus bis ueniat in terram: semel ut

unum deū gentib<sup>9</sup> nunciet: deinde rursus ut regnet: quō in secū  
dū eius aduentū credunt: q̄ primū nō crediderunt! Atq̄ p̄beta  
utrosq̄ aduent<sup>9</sup> eius paucis uerbis cōprehēdit. Ecce inquit in nu  
bibus cēli ut filius hoīs ueniēs: nō dixit ut fili<sup>9</sup> dei: sed ut fili<sup>9</sup> ho  
minis: ut ostēderet q̄ carne indui haberet in terra: ut suscepta ho  
minis figura & cōditōe mortali doceret homines iusticiā. Et cū  
mādatis dei funct<sup>9</sup> ueritatē gētib<sup>9</sup> reuelasset: mulctaret etiā mor  
te: ut inferos etiā uinceret ac resignaret. Atq̄ ita demū resurgens  
ad patrē profici sceret in nube sublatus. Adiecit enim p̄beta &  
ait. Et ulq̄ ad ātiquū dierum peruenit: & oblat<sup>9</sup> est ei. Antiquū  
dierū appellauit summū deū: cui<sup>9</sup> etas & origo nō pōt cōprehē  
di: q̄ solus a sēculis affuit: & erit semp in sēcula. Christum autē  
post passionem & resurrectionē ascensurū esse ad deū patrem  
Dauid in psalmo centesimonono contestatus est his uerbis. Di  
xit dominus domino meo: sede a dextris meis: quo adufq̄ po  
nam inimicos tuos supedaneum pedum tuorum: qui propheta  
cū rex esset: quem appellare dominum suum possit: qui sederet  
ad dexterā dei: nisi Christū filium dei qui est rex regū & domi  
nus dominoꝝ. Quod Isaias apertius ostendit dicens. Sic dicit  
dominus deus Christo domino meo: cui<sup>9</sup> tenui dexterā obau  
dire: ante eum gentes & fortitudinē regum dirumpam. Aperi  
am ante illū portas: & ciuitates nō claudēt. Ego ante te ibo: &  
mōtes deplanabo: & fores creas cōteram: & seras ferreas cōfrin  
gam. Et dabo tibi thesauros absconditos & inuisibiles: ut scias  
q̄ ego sum dominus deus q̄ uoco nomen tuum deus israel. De  
niq̄ ob uirtutem & fidem quā deo exhibuit in terra: datum est ei  
regnū & honor & imperium: & oēs populi tribus linguę serui  
ent ei: & potestas eius eterna: quę nunq̄ transibit: & regnū eius  
nō corrūpetur. Quod quidē duob<sup>9</sup> modis intelligit: q̄ & nūc  
habet p̄petuā potestatē: cū oēs gentes & oēs linguę nomē ei<sup>9</sup> ue  
nerant: maiestatē confitent: doctrinā sequunt: uirtuteꝝ imitant:  
habet imperiū: habet honorē: cū oēs tribus linguę terrę p̄cep  
tis eius obtēperāt. Et idē postea. Cū rursus aduenerit in potesta  
te ac claritate: ut omnem animā iudicet: & iustos ad uitā restitua  
t: tūc uere toti<sup>9</sup> terrę regimē obtinebit. Tūc sublato de reb<sup>9</sup> hu  
manis omni malo: aureū sēculū (ut poetę uocant) idest iustū ac  
pacificū temp<sup>9</sup> oriet: sed hęc uberius in ultimo libro dislerem<sup>9</sup>

cū de secūdo aduētū loq̄mur: nūc de p̄mo (ut coepim⁹) explicemus.

Capi. xiiij. Quod filius a p̄re est secūdū deitatē: & q̄ gemine s̄statiq̄ eē cōuincit: tū ex opibus p̄p̄rijs: tū ex oraculis p̄phetarū: & etiā Apollinis Millelij testimonio. Et q̄re nec ad Salomonē nec ad aliū q̄ ad Christū referri p̄nt uaticinia p̄phetarū.

simo post passionē die: sicut Daniel fore ostēderat dicēs. Et ecce  
ī nubib⁹ cēli ut fili⁹ hōis ueniēs usq; ad uetustū dieꝝ puenit. disci  
puli uero p̄ puitias dispersi fūdāmēta ecclīe ubiq; posuerūt: faci  
entes & ip̄i ī noīe magistri dei magna & pene īcredibilia miracu  
la: q; descēdēs īstruxerat eos uirtute ac p̄tate: qua posset noue an  
nunciatiōis rō fūdari & cōfirmari: sed & futura aperuit illis oīa  
q̄ Petrus & Paul⁹ q̄ romē p̄dicauerūt: & ea p̄dicatio ī memoriaꝝ  
sc̄ripta p̄māsit: in qua cū m̄ta alia mira tūc etiā hoc futuꝝ eē di  
xerūt: ut post breue tēpus īmitteret deus regem qui expugnaret  
iudeos: & ciuitates eoꝝ solo adēquaret: ip̄os autē fame sitiq; con  
fectos obsideret: tū fore ut corporibus suoꝝ uelcerent & consu  
merēt se iuicē. Postremo ut capti uenirēt ī manus hostiū: & ī con  
spectu suo acerbissime cōiuges suas uexari cernerēt: uiolari ac p̄  
stitui uirgines: diripi pueros: allidi paruulos: oīa deniq; igni fer  
roq; uastari: captiuos ī perpetuum terris suis exterminari: eo q̄  
exultauerūt sup̄ amantissimū & p̄batissimū dei filiū. Itaq; post  
illoꝝ obitū: cū eos Nero interemisset: iudeoꝝ nomē & gentem  
Vespasianus extinxit: fecitq; oīa que illi futura p̄dixerant.

Cap. xxii. Quod argumētis reuincēdi sūt qui diuinis detra  
bunt sacramentis. Et quibus argumentis utantur infideles ut do  
minicę incarnationis fidem euacuent.

Onfirmata sunt (ut opinor) q̄ falsa et īcredibilia putātur:  
ab his quos uera cēlestiū litteraꝝ doctrina non imbuit: sed  
tamen ut resellant a nobis etiā illi q̄ nimīū non sine malo suo sa  
piunt: rebusq; diuinis fidem detrabunt: argumētisq; illoꝝ coar  
guimus errorem: ut tandē aliqñ peruideāt ita fieri oportuisse si  
cut nos ostendimus factū. Et q̄q; apud bonos iudices satis habe  
ant firmitatis uel testimonia sine argumētis: uel argumēta sine te  
stimoniis: nos tamē non contenti alterutro sumus cū suppeditat  
nobis utrūq;: ne cui peruerse ingenioso aut nō ītelligendi: aut cō  
tra disserendi locū relinquam⁹. Negant fieri potuisse: ut nature  
immortali quicquā decederet. Negāt deniq; deo īdignum ut hō  
fieri uellet: seq; infirmitate carnis oneraret: ut passionibus: ut do  
lori: ut morti se ipse subīceret q̄si nō facile illi eēt: ut citra corpo  
ris ībecillitatē se hoīb⁹ ostēderet: eosq; iusticiā doceret: si qdē id

uolebat maiori auctoritate: ut aiūt p̄fessi dei. Tūc. n. cūctos fuiſſe p̄ceptis cęleſtib⁹ parituros: ſi ad ea uirt⁹ ac ptās dei p̄cipientis accederet. Cur igit̄ aiūt ad docēdos hōies nō ut de⁹ uenit! Cur ſe tā humilē ibecillēq; cōſtituit: ut ab hōib⁹ & cōtemni & pena affici poſſet! Cur uim ab ibecill⁹ et īmortalib⁹ paſſus ē! Cur nō man⁹ hominū: aut uirtute repulit: aut diuinitate uitauit! Cur non maieſtatē ſuā ſb̄ ip̄a ſaltē morte patefecit: ſ; ut īualid⁹ ī iudiciū duct⁹ ē: ut nocēs dānat⁹: ut mortal⁹ occiſus! Refutabo hęc diligēter nec quēq; patiar errare. Illa. n. magna & mirabili rōe ſūt ſcā: q̄ qucūq; p̄ceperit nō tm̄ mirari deſinet deū ab hōib⁹ eē cruciatū: ueꝫ etiaꝫ facile p̄uidebit: ne deū qdē potuiſſe credi: ſi ea ip̄a q̄ arguit facta non eſſent.

Ca. xxiiij. Quod p̄ceptoris moꝝ uacillat auctoritas: ſi nō facit ipſe quod docet: ſicut in philoſophis patet: qui contra ſua p̄cepta uiuebant: ſed xp̄us primo fecit quod poſtea docuit.

Vicūq; p̄cepta dat hōib⁹ ad uitā moreſq; fingit alioꝝ: q̄ro debeat ne ipſe facē q̄ p̄cepit an nō debeat! ſi nō fecerit ſoluta p̄cepta ſūt. Si. n. bona ſūt q̄ p̄cipiūt: ſi uitā hominū ī optio ſtatu collocāt: nō ſe debet ipſe p̄ceptor a numero cętuq; hominū ſegregare iter quos habitat ipſe. Et ip̄i eodē mō uiuēdū eē quo docet eē uiuēdū: ne ſi alit̄ uixerit ipſe p̄ceptis ſuis fidē detrahat leuiorēq; doctrinā ſuā faciat: ſi re ip̄a reſoluat qd̄ v̄bis nitaē aſtrigē. Vnufq; enī cū audit p̄cipiētē: nō uult ſibi īponi neceſſitatem parēdi tāq; ſibi ius libertatis adimat. Itaq; r̄nde doctōri h̄ mō: nō poſſū facē q̄ iubes qm̄ ſūt īpoſſibilia: uetas me irāſci: uetas cupē: uetas libidine cōmoueri: uetas dolorē aut mortē timē: ſ; h̄ adeo cōi natura ē: ut his affectib⁹ aīalia uniuerſa ſbięcta ſūt: ul' ſi adeo putas repugnari poſſe nature: & tu ipſe q̄ p̄cipis fac ut ſciā fieri poſſe. Cū aut̄ ipſe nō facias: q̄ īſolētia ē: ut hōi libero īponē uelis leges: q̄ bus ipſe nō pareas! Prius diſce q̄ doces: & añq̄ mores alioꝝ corrigas tuos corrige. Quis negat iuſtā eē hāc reſpōſionē: q̄netiā ſi in cōtēptū ueniet huiuſmodi doctōr: & eludet̄ uiciſſim q̄ uidebit̄ & ipſe deludē! Quid ḡ faciet & ille p̄ceptor: ſi hęc fuerint oppoſita: quō adimet excuſationē cōtumacib⁹: niſi ut p̄ſentib⁹ factis doceat poſſibilia ſe docere! Vñ euenit ut philoſophoꝝ p̄ceptis nullus obtēperet: hōies. n. malūt exēpla q̄ v̄ba: q̄ loq; facile ē: p̄ſtare difficile. Vtinā quidē tā multi bene facerent: q̄ multi loquantur

bene: sed qui præcipiunt nec faciunt: abest ab his fides: & si homines fuerint cõtenunt ut leues: si deus opponet ei fragilitatis hũanę excusatio supeſt: ut factis uerba firmet: qđ & philoſophi facẽ nequnt. Itaq; cũ ipi p̄ceptores uicã affectib⁹: quos uici p̄dicat oportere neminẽ poſſit ad uirtutẽ quã p̄dicat falſo erudire. Ob eãq; cãm putat neminẽ adhuc p̄fectũ eẽ ſapietẽ. i. i quo ſumę doctrine ac ſciẽtię ſũma uirt⁹ & p̄fecta iuſticia cõſeſerit: qđ qđẽ uerum fuit. Nemo. n. poſt mũdũ cõditũ tal' extitit niſi chriſt⁹: qđ & uerbo ſapietia tradidit: & doctrinã p̄ſenti uirtute firmauit.

Cap. xxiiiij. Quod celeſtem doctorẽ p̄fectũ eſſe oporteat: et quare p̄fectus eſſe non poſſit ſine corporis aſſũptione mortalis

Genunc conſideremus an doctor e celo miſſus poſſit nõ eẽ p̄fect⁹: nõdũ de hoc loquor quẽ ueniſſe a deo negant. Fi gamus aliquẽ e celo eẽ mittẽdũ: qui uitã hominũ rudimentis uirtutis inſtituat: & ad iuſticiã formet. Nemini dubium poteſt eſſe quin is doctor qui celitus mittit: tã ſciẽtia ſit rex omniũ q̄ uirtute p̄fect⁹: ne nihil inter celeſte terrenũq; differat? Nã i homine interna & propria doctrina eẽ nullo pacto põt: nec enim mens terrenis uiſceribus incluſa & tabe corporis impedita: aut cõphendere p̄ ſe põt: aut cape ueritatẽ niſi aliũ de doceat: & ſi maxie poſſit ſummã tñ uirtutẽ cape nequeat: & ab oib⁹ uiciis reſiſtere: quorũ materia in uiſceribus continetur. Eo ſit ut terrenus doctor perfectus eſſe non poſſit. At uero celeſtis cui ſciẽtia diuinitas: uirtutem immortalitas tribuit: in docẽdo quoq; ſicut i ceteris p̄fect⁹ & cõſumat⁹ ſit neceſſe eẽ. At id omnino fieri nõ põt: niſi mortale corpus ſibi aſſumat. Cur aut fieri nõ poſſit: rõ clara eſt. Nã ſi ad homines ueniat ut deus: ut omittã qđ mortales oculi claritate; maietatis ei⁹ conſpicere ac ſuſtinere nõ poſſet: ipſe certe deus uirtutẽ docere nõ poterit: quia expers corporis nõ faciet qđ docebit: ac p̄ hoc doctrina eius p̄fecta nõ erit. Alioqn ſi uirt⁹ ſumma eſt dolorem patiẽter. p̄ iuſticia officioq; p̄ferre: ſi uirt⁹ e mortẽ ipã; et itẽtatã nõ metuere: & illatã fortiter ſuſtinẽ. Debet ergo doctor ille perfectus & docere iſta p̄cipiẽdo: & cõfirmare faciendo: qđ qui dat p̄cepta uiuẽdi amputare debet omniũ excuſationũ uias: ut i ponat hominib⁹ parẽdi neceſſitatẽ nõ aliqua ui: ſed pudore: & tamen libertatem relinquat: ut & p̄miũ ſit cõſtitutũ parẽtib⁹: qđ poterãt nõ parere ſi uellent. Quo ergo poterit amputari

excusatio: nisi ut qui docet faciat quę docet: & sit quasi prius & manū porrigat secuturo: quęadmodū pōt facē q̄ docet: si nō sit ei filis quę docet: Nā si nulli subiēctus sit passioni: pōt ei docenti hō sic rñdere. Volo eqdē nō peccare: sed uincor. Indutus sū enī carne fragili & ibecilla: hęc ē q̄ irascit: q̄ cōcupiscit: q̄ docet: quę mori timet. Itaq; ducor iuitus & pecco: nō q̄ uolo sed q̄ cogor. Sentio me etiā ip̄e peccare: sed necessitas fragilitatis ipellit: cui repugnare non possū. Quid ad hęc rñdebit p̄ceptor ille iusticię: q̄ modo cōfutabit ac redarguet hominē q̄ delictis suis excusatiōe; carnis ostēdet: nisi & ip̄e carne fuerit idut<sup>9</sup>: ut ostēdat etiā carnē posse capere uirtutem. Cōtumacia enī redargui nō pōt: nisi exemplo: nam habere nō possūt q̄ doceas firmitatem nisi ea prior feceris: quia natura hominū p̄liuis in uicia uideri uult: non modo cum uenia: sed etiā cū ratione peccare. Oportet magistrū doctoremq; uirtutis homini simillimū fieri: ut uincēdo peccatū doceat hominē uinci ab eo posse peccatū: si uero sit imortalis: exēplū p̄ponere homini nullo mō pōt. Existet enī cōstās aliquis ac dicet. Tu qdē nō peccas: q̄ liber es ab hoc corpore: nō cōcupiscis: q̄ immortalis nihil est necessariū: nihil uero mltis reb<sup>9</sup> opus est: ut tuear hanc uitā. Mortē nō times: q̄ in te ualere non pōt. Dolorē contēnis: q̄ nullā uim pati potes. At ego mortal<sup>9</sup> utrūq; timeo: q̄ cruciat<sup>9</sup> mibi grauissimos inferūt: quos tolerare ifirmitas carnis nō pōt. Doctor itaq; uirtutis etiā hęc excusationē debuit hominib<sup>9</sup> auferre: ne q̄s q̄ peccat necessitati potius ascribit q̄ culpe sue. Ergo ut p̄fectus esse possit: nihil ei debet opponi ab eo qui docēd<sup>9</sup> est: ut si forte dixerit impossibilia p̄cipis. Rñdeat ecce ip̄e facio: ego carne idut<sup>9</sup> sū cuius ē peccare p̄pū: at ego eadē carnē gero: & tñ peccatū ī me nō dominať. Mibi opes cōtēnere difficile ē: q̄ uiui aliē nō pōt ī hō corpore. Ecce mibi corp<sup>9</sup> ē: & tñ pugno contra oēm uoluptatē. Nō possū p̄ iusticia nec dolorē ferre nec mortē: q̄ fragil<sup>9</sup> sū. Ecce & ī me dolor ac mors habet ptatē: & ea ip̄a q̄ times uico: ut uictorē te faciā doloris ac mortis. Prior uado p̄ ea q̄ sustineri nō posse p̄tēdis: si p̄cipiētē seq̄ nō potes sequere añcedētem. Sublata hō mō oīs excusatio ē: & fateri hoīem necesse ē sua culpa iniustū eē: qui doctorē uirtutis & eūdē ducē nō sequatur. Vides ergo q̄to p̄fectior sit mortalis doctor: q̄ dux eē mortal<sup>9</sup> pōt q̄ imortalis: quia patientiam docere non pōt: quia subiēctus



passionibus non ē. Nec h̄ tñ eo p̄tinet ut hoīem deo p̄ferā: sed ut ostēdā neq; hoīem p̄fecta doctrina eē nō posse: nisi sit idē deus: ut auctoritate celesti necessitatē parēdi hoīb⁹ īponat. Neq; deus nisi mortali corpore īduat: ut p̄cepta sua factis adimplēdo ceteros parēdi necessitate cōstrīgat. Līqdo ḡ appet eū q̄ uite dux & iusticię sit magister: corporalē eē oportē: nec aliē fieri posse ut sit illi⁹ plena & p̄fecta doctrina: nisi habeat radicē & fūdamētū stabilisq; apud hoīes ac fixa p̄maneat. Ip̄m autē s̄bire carnis ac corporis ībecillitatē: uirtutēq; ī se recipe doctoris: ut eā s̄l' & v̄bis' doceat & factis. Itē s̄biēctū eē morti & passionib⁹ cūctis: qm̄ & in passione tolerāda: et ī morte s̄beūda uirtutis officia uersāf. Quę oīa (ut dixi) cōsūmat⁹ doctor p̄ferre debet: ut doceat posse p̄ferri

Cap. xxv. Quod christus licet mortalitatē nostrā sūpserit: nō tñ nat⁹ est ut alii homines: sed ex carne uirginis: & quare cum immunis eēt a culpa: sponte subierit poenā.

Is cant igit̄ homines & intelligant: quare deus summus cuius legatū ac nunciū suū mitteret ad erudiendā p̄ceptis iusticię suę īmortalitatē: mortali uoluerit eū carne indui & cruce affigi & morte mulctari. Nā cū iusticia nulla esset in terra: doctores misit quasi uiuā legē: ut nomē ac templū nouū conderet: ut uerū ac piū cultū p̄ omnē terrā uerbis et exemplo seminaret: sed tamē ut certū esset a deo missū: nō ita illū nasci oportuit: sicut homo nascit̄ ex mortali utroq; cōcretus: sed ut appareret illū etiā in homine esse celestē creatus ē sine opa genitoris. Habebat. n. spūale; p̄m̄ deū: & sicut p̄r spūs ei⁹ de⁹ sine matre: ita mater corporis eius uirgo sine patre fuit. Igit̄ de⁹ & homo: inter deū atq; homine medius constitutus. Vnde illū gręci μεσότην uocant: ut hominē p̄ducere ad deū posset: id est ad immortalitatē: q̄a si deus tantū fuisset (ut sup̄ius dictū est) exempla uirtutis homini p̄bere nō posset: si homo tantū nō posset hoīes ad iusticiā cogere nisi auctoritas ac uirt⁹ hoīe maior accederet. Etenī cū constet homo ex carne & spiritu: & oporteat spiritū iusticię opibus emereri ut fiat etern⁹. Caro quoniā terrena ē ideoq; mortal: copulatum sibi spiritū trahit secū: & ab īmortalitate ducit ad mortē. Ergo spūs carnis expers dux eē hōi ad īmortalitatē nullo pacto poterit: qm̄ caro īpedit spiritū quo min⁹ deū sequat̄. Est enī fragilis & subiecta peccato. Peccatum autem pabulum mortis est. Itaque iccirco

mediator aduenit: id est deus in carne: ut caro eū sequi posset: & eriperet morti hoīem cui⁹ ē dominatio in carne: iō carne se iduit: ut desiderijs carnis edomitis doceret non necessitatis eē peccare: ied ppositi ac uolūtatis. Vna enim nobis & magna & p̄cipua cū carne luētatio est: cui⁹ infinite cupiditates premunt animam: nec dñm retinere patiūtur: sed eam uoluptatib⁹ & illecebris sua uib⁹ mācipatā morte afficiūt sempiterna. Quibus ut repugnare possemus: deus nobis uiam supandę carnis: & aperuit & oñdit. Quę uirtus p̄fecta & oībus numeris absoluta coronā uicentib⁹: & mercedē expetendę nobis imortalitatis imptit.

Cap. xxvi. De mysterio dominicę crucis: & uirtute et significatione eorum: quę christus gessit aut ptulit. Et quō p̄figurat⁹ sit in immolatione agni legalis.

Ixi de hūanitate & fragilitate & passione: cur hęc deus subire maluerit: nūc ipsi⁹ crucis rō reddēda ē & uis enarrāda: qđ iūmus p̄ a p̄ncipio disposuerit: & quēadmodū cūcta q̄ gesta sunt ordinauerit: nō tātū diuinatō p̄phetay: q̄ in christū uera p̄cessit: s; etiā rō ipsi⁹ passionis docet. Quęcūq; enī passus ē non fuerūt inania: s; habuerūt figurā & significatiā magnā: sicut etiā diuina illa opera q̄ fecit: quoꝝ uis & ptās ualebat qđ ē p̄sens: sed declarabat aliqd ī futuꝝ. Apuit cęcoꝝ oculos uirt⁹ cęlestis: & lucem nō uidētib⁹ reddidit. Et h̄ factō significauit fore: ut conuersus ad gētes q̄ deū nesciebāt īspiētū pectora illuminaret luce sapientię: & ad ueritatē cōtēplādā oculos cordis aperiret. Vere. n. cęci sūt q̄ cęlestia nō uidētes: & tenebris ignorantię circūfusi: terrena & fragilia uenerant. Patefecit aures surdoꝝ. Nō utiq; hactenus uis illa cęlestis operata ē: sed declarabat breui fore: ut q̄ erant ueritatis expertes: & audirēt & itelligerēt diuinas dei uoces. Vere enī surdos dixeris: q̄ cęlestia & uera faciēda nō audiūt: mutoꝝ linguas in eloquiū soluit. Admirabilis etiā cū fieret potentia: sed inerat huic uirtuti alia significatio quę ostenderet mox futurū: ut rerum cęlestium nuper ignari percępta sapientię disciplina de deo & ueritate dislererēt. Nā q̄ rōem diuinitatis ignorat: is uere elīgus & mut⁹ ē: s; sit omniū disertissim⁹. Līgua. n. cū ueꝝ loq̄ cęperit. i. uirtutē maiestatēq; dei singularis itēptari: tū demū officio nature suę fūgit: qđ diu aut falsa loqtur: ī usu suo non est: & ideo infans sit necesse ē: q̄ diuina p̄loqui nō potest. Pedes quoq;

claudoy ad officiū gradiendi reformauit. Laudabil' diuini opis  
fortitudo: s; figura id cōtinebat qd' cohibitis errorib' uite se-  
cularis ac deuię it' ueritatis aperiēt: p' qd' graderēt hoīes ad dei grā;  
cōsequēdā. Is. n. uere claud' existimād' ē: q' caligine ac tenebris ī  
sipiētīę īplicat': & quo tēdat ignar': offēnsibilib' & caducis gres-  
sib' p' uia' mortis īcedit. Itē labe & maculas īgnatoꝝ corpoꝝ re-  
pugnauit. Nō exigua īmortal' potētīę opa: ueꝝ id p'tendebat hęc  
uis q' peccatoꝝ labib' ac uicioꝝ macul' īgnatos: doctrina ei' puri-  
ficatura eēt eruditōe iusticię: leprosi. n. atq; elephāti debēt habe-  
ri: quos uel īfinite cupiditates ad scelera: ul' īsatiabiles uoluptates  
ad flagitia cōpellūt: & dedecoꝝ macul' īiustos labe afficiūt sēpi-  
na. Iacētia mortuoꝝ corpa erexit: eosq; noīb' p'p'rijs īclamos a  
morte reuocauit. Quid cōgruenti' deo! Quid miraculo digni'  
omniū seculoꝝ: q' decursā uitā resignasse: cōpletisq; hominū tē-  
porib' tēpora abiēcisse p'petua: arcana mortis reuelasse! S; hęc in-  
enarrabil' potestas imago uirtutis maioris fuit: quę demōstrabat  
tantam uim habiturā esse doctrinā suā: ut gentes in orbe toto q'  
alienę a deo s'bięctę morti fuerūt: cognitione ueri luminis anima-  
tę ad immortalitatis p'emia peruenirent. Eos enī recte mortuos  
existimaueris: qui datorem uite deū nesciētes: atq; animas suas a  
cēlo in terrā deprimētes in laqueos ęternę mortis īcurrūt. Quę  
igif' cū faciebat ī p'sens imagines erāt futuroꝝ: q' illęsis affectisq;  
corporibus exhibebat ea spūaliū figurā gerebāt: ut ī p'senti uirtu-  
tis nobis terrenę opa monstraret: & in futuroꝝ ptātem suę cęlestis  
maiestatis ostenderet. Ergo sicut opa ei' significantiā quoq; ma-  
ioris potestatis habuerūt: ita etiam passio nō simplex nec supua-  
cua nec fortuita p'cessit: s; ut illa q' fecit magnā uirtutē ac ptātem  
doctrinę ei' significabāt: sic ea quę passus est odio futuram esse  
sapientiam nunciabant. Aceti enim potus ac fellis cibus acerbita-  
tes & amaritudines in hac uita seclatoribus ueritatis pollicebat.  
Et q̄q̄ passio ipsa acerba & amara specimē nobis futurorum tor-  
mentoꝝ dabat: quę morātib' nobis ī hoc seculo uirtus ipsa p'po-  
nit: tñ illiusmōi cibus & potus ī os doctoris nostri ueniens: p'ssu-  
ram nobis laboꝝ ac miserię p'beat exēplum. Quę omnia tolera-  
ri ac p'peti necesse est eos qui ueritatē sequūt: quoniam ueritas est  
acerba & inuisa oīb': q' ueritatis exptes uitā suā morti feris uolu-  
ptatibus dederūt. Nā corona spinea capiti eius īposita id decla-

rabat forte: ut diuinā sibi plebē de nocētib⁹ cōgregaret. Corona  
enī dicit̄ circūstans ī orbe popul⁹. Nos autē q̄ añ cognitionē dei  
fuim⁹ iusti spinē: id est mali & nocētes eram⁹ ignorātes qd̄ esset  
bonū: & a iusticię notione atq; operibus alięni: oīa icelere ac li-  
bidine polluebam⁹. Plecti uero ex dumis & sētib⁹ sanctū dei ca-  
put cingim⁹: q̄ cōuocati ab ip̄o circūfusi undiq; ad eū magistro  
et doctōri deo assistim⁹: regēq; illū mūdi et oīum uiuētū dñm  
coronam⁹. Qd̄ uero ad crucē spectat magna ī ea uis ac rō ē: quā  
nūc conabor oñdere. De⁹ nāq; (sicut sup̄ expo sui) cū statuisset  
hoīem liberare: magistꝝ uirtutis legauit ī terrā: q̄ & p̄ceptis salu-  
tarib⁹ formaret hoīes ad inocētā: & opib⁹ factūq; p̄sētib⁹ iusti-  
cię uīā pāderet: qua gradiēs hō & doctōrē suū sequēs: ad uitam  
eternā pueniret. Is igiē corporatus est & ueste carnis indutus: ut  
homini ad quē docēdū uenerat: uirtutis & exempla & icitamēta  
p̄beret. Sed cum ī oīb⁹ uite officijs iusticię specimē p̄buisset  
ut doloris quoq; patientiā mortisq; cōtēptū: q̄b⁹ p̄fecta & cōsū-  
mata sit uirt⁹ traderet hōi: uenit ī manus impię nationis: cum &  
uitare potuisset scientia futuri quā gerebat: & repellē eadem uir-  
tute q̄ mirabilia faciebat. Sustinuit ergo cruciat⁹ ac uerbera & spi-  
nas. Postremo etiā mortē suscipere nō recusauit: ut homo illo du-  
ce subactā & catenatā mortē cū suis terroribus triūpharet. Cur  
autē sūmus pater id potissimū gen⁹ mortis elegerit: q̄ affici eum  
sineret: hęc rō est. Dicat enī fortasse aliq;: cur si deus fuit & mori  
uoluit: non salte; aliquo honesto mortis genere affectus est? Cur  
potissimum cruce? Cur infami genere supplicij: quod etiam ho-  
mini libero quāuis nocēti uideat̄ indignū? Primū q̄ is q̄ humil⁹  
aduenerat: & humilib⁹ & īfirmis opē ferret: & ī oīb⁹ spem salu-  
tis ostenderet: eo genere afficiendus fuit: quo hūiles et infirmi so-  
lent: ne q̄s eēt omnino: q̄ eū nō posset imitari. Deinde ut integrū  
corpus eius seruaretur: quem die tertio resurgere ab inferis oport-  
tebat. Nec hoc cuiq; ignorādum est: quod ip̄e ante de sua passio-  
ne p̄dicās: etiā id notū fecerit habere se potestātē cum uellet de-  
ponēdi spiritū et resumēdi. Suffixus itaq; cū spiritū spōte depo-  
suerat: necessarium carnifices nō putauerūt ossa eius suffringere:  
sicut mos eoꝝ ferebat: sed tātūmō lat⁹ ei⁹ p̄forauerunt: sicut inte-  
grū corpus patibulo detractū est: & sepulchro diligēter iclusu;.  
Que omnia iccirco facta sunt: ne lēsum ac diminutū corpus ad

resurgendū inbabile redderet. Illa quoq; p̄cipua fuit cā: cur de  
us crucē maluerit q̄ illa exaltari eū fuit necesse: & omnibus genti  
bus passionem dei notescere. Na; quoniā is q̄ patibulo sui p̄diti  
& conspicuus est omnib⁹ & ceteris altior: crux potius electa est:  
quē significaret illū tā cōspicuū tā sublimē futurū: & ad eum cō  
gnoscendum pariter & colendum cunctę nationes: ex oī orbe cō  
currerēt. Deniq; nulla gens tam inhumana est: nulla regio tam re  
mota: cui aut passio eius aut sblimitas maiestatis ignota sit. Extē  
dit ergo in passione manus suas orbēq; dimēsus est: ut iam tūc  
ostenderet ab ortu solis usq; ad occasū: magnū populū ex oib⁹  
linguis & tribubus cōgregatū sub alas suas eē uenturū: & signū  
illud maximū atq; sublime frōtibus suis suscepturū. Cuius rei fi  
gurā iudei etiā nunc exhibent: cum limina sua de cruore agni no  
tant. Deus enī pcussurus egyptios: ut ab ea plaga imunes faceret  
hebreos: p̄ceperat his ut agnū candidū sine macula imolarēt: ac  
signū liminib⁹ suis de sanguine ei⁹ iponerēt. Itaq; cū egyptiorū  
primogenita una nocte interissent: hebrei soli signo sanguis tuti  
fuerūt: nō quia cruor pecudis tātam in se uim haberet: ut hōibus  
saluti esset: sed imago fuit reꝝ futurarū. Nam agnus candid⁹ si  
ne macula christus fuit: id est innocēs & iustus & sanct⁹: q̄ ab his  
dem iudeis imolat⁹ saluti est omnib⁹ qui signis sanguinis: id est  
crucis qua sanguinē fudit sua in fronte cōscripserūt. Frons enim  
sūmū limē est hominis: & lignū sāguine delibutū crucis signifi  
catio ē. Deniq; imolatō pecudis ab his ipis q̄ faciūt pascha noiā  
ἀπό τοῦ πασχειν: quia passionis est figura quam deus p̄sciis  
futuroꝝ tradidit p̄ Moysen populo suo celebrandam: sed tamen  
figura ualuit in p̄senti ad depellendū piculū: ut appareat quātum  
ueritas ipsa ualitura sit ad plebē dei p̄tendā in extrema totius  
orbis necessitate. Quomodo aut uel in qua plaga tuti hoīes sint  
futuri: q̄ signū h̄ ueri & diuini sanguinis in sūmo corporis sui  
notauerunt: in nouissimo libro docebo.

Ca. xxvii. De potētia signi crucis: q̄tę efficacię sit iuocatō no  
minis crucifixi. Et q̄tū a demoniis timeat signū crucis.

Vnc satis ē de hui⁹ signi potētia: q̄tū ualeat exponere q̄to  
terrori sit demonibus hoc signū: sciet q̄ uiderit quatenus  
adiurati p̄ christū de corporib⁹ q̄ obsederūt fugiant. Nam sicut  
ipse cū inter hoīes ageret: uniuersos demones uerbo fugabat: ho  
minūq; mētes emotas & malis icursib⁹ furiatas: i sensus p̄stinos

reponerat. Ita nūc sectatores ei⁹ eosdē spūs inqñatos de homini  
bus & noīe magistri sui & signo passiōis excludūt. Cuius rei nō  
difficil' ē pbatō. Nā cū dījs suis imolāt si assistat aliq⁹ signatam  
frōtē gerēs: sacra nullo mō litāt: nec rñsa pōt cōsult⁹ reddē uates:  
Et hęc sēpe cā p̄cipua iusticiā p̄seqñdi mal' regib⁹ fuit. Cū .n. qui  
dā ministroꝝ n̄ri sacrificātib⁹ dñis assisterēt iposito frōtib⁹ si  
gno: deos illoꝝ fugauerūt: ne possēt ī uiscerib⁹ hostiaꝝ futura de  
p̄igere. Qd' cū itelligerēt aruspices istigātib⁹ hisdē dēmonib⁹ q  
bus p̄secrarāt cōquerētes p̄phanos hoīes sacris iterefle: adegerūt  
p̄ncipes ipsos in furorē ut expugnarēt dei tēplum: seq⁹ uero sacri  
legio cōtaminarēt: qd' grauissimis p̄sequentiū poenis expiaretur  
Nec tamē ex hoc ipō cēci homines itelligere possunt: aut hāc esse  
uerā religionē: cui ad uincēduꝝ tāta uis inest: aut illā falsā quę s̄b  
sistere aut cōgredi nō pōt: sed aiunt hoc deos nō metu ueꝝ odio  
facere: quasi qui q̄ possit odisse nisi eum q̄ aut noceat: aut possit  
nocere: immo uero congruens maiestati fuit: ut eos quos oderāt  
p̄sentibus poenis afficerent poti⁹ q̄ fugarent. Sed quoniaꝝ neq⁹  
accedere ad eos possunt in quibus cēlestem notam uiderint: nec  
his nocere quos signum imortale munierit tāq̄ inexpugnabilis  
murus lacessūt eos p̄ homines & manib⁹ p̄sequūt alienis: quos  
p̄fecto si eē cōfitef uicimus. Necesse ē hāc eē uerā religionē: quę  
& rationem dēmonuꝝ nouit: & astutiā itelligit: & uim retūdit:  
& eos spiritualibus armis domitos ac s̄bactos cedere sibi cogit.  
Si negāt testimonijs poetaꝝ ac philosophoꝝ refellēt. Qd' si eē &  
malos eē ificias nō eūt: qd' supest nisi ut alios eē dicāt deos alios  
dēmones? Exponāt igit nobis differētiā generis utriusq⁹: ut scia  
mus qd' colēdū: qd' execradū sit. Habeāt ne it̄er se aliqd' cōfortiū  
an uero inimici sint? Si sunt aliq̄ necessitudīe copulati: quatenus  
eos discernemus? Aut quomō utriusq⁹ generis honorē cultumq⁹  
miscbimus? Si autē sunt inimici: aut dēmones deos nō timent:  
aut dīj dēmones fugare nō possūt? Ecce aliq⁹ instinctu dēmonis  
percitus dementiē effert: insanit: ducamus istum ī Iouis optimi  
maximi templū: uel qa sanare homines Iupiter nescit in Aescula  
pij uel Apollinis fanū iubeat utriuslibet sacerdos dei sui nomīe:  
ut nocens ille spiritus excedat ex hoīe: nullo id pacto fieri pōt.  
Quę igit deoꝝ uis ē: si s̄biēctos sibi dēmones nō habēt? At uero  
īdē dēmones adiurati p̄ nomē ueri dei p̄tin⁹ fugiūt. Quę ratio

est ut christū timeant: Iouē autē nō timeant: nisi q̄ idem sunt dē-  
mones quos uulgus deos eē opinat. Deniq; si cōstituā i medio:  
& is quē cōstat icursum dēmonis ppeti et delphici Apollinis ua-  
tes: eodē mō dei nomē horrebūt: & tā celerit̄ excedet de suo uate  
Apollo: q̄ ex hōie spūs ille dēmonic⁹: & adiurato fugatoq; deo  
suo uates i ppetuū cōticescet. Ergo idē sūt dēmones quos fatent̄  
execrādos eē iidē dū qb⁹ supplicāt. Si nobis credēdum eē nō pu-  
tant: credāt Homero: q̄ sūmū illū Iouē dēmonibus aggregauit:  
sed & aliis poetis ac pbis q̄ eosdem mō dēmonas mō deos nūcu-  
pāt: quoz̄ altez̄ uez̄ altez̄ falsū ē. Illi enī neq;ssimi spūs ubi adiu-  
ratur: ibi se dēmonas cōfitē: ubi colūt: ibi se deos mētiūt: ut er-  
rores hōib⁹ imittāt: & auocēt a dei ueri notione: p̄ quā solā pōt  
mors ęterna uitari. Iidē sūt q̄ deūciēdi hōis cām uarios sibi cult⁹  
puersā religione p̄ diuersā regionū cōdiderūt: mētītis tm̄ assum-  
ptisq; noib⁹ ut fallerēt. Nā q̄ diuinitatē p̄ seipos affectare nō po-  
terāt: ascuerūt sibi noīa potētū regū: s̄b quoz̄ titul⁹ honores si-  
bi deoz̄ uēdicarēt. Qui error discuti pōt: & i lucē ueritatis p̄tra-  
bi. Nā si qs̄ studet alti⁹ iqrere: cōgreget eos qb⁹ pitia ē ciere ab in-  
feris aīas. Euocēt Iouē Neptunū Vulcanū Mercuriū Apollinē: pa-  
trēq; omniū Saturnū. Rñdebūt ab iferis oēs: et it̄rogati loquē-  
tur: & de se & de deo fatebūt. Post hęc euocēt christū nō aderit  
nō appebit: q̄ nō ampli⁹ q̄ biduo apud inferos fuit. Quid hac p̄-  
batione certius proferri pōt? Ego uero non dubito quin ad ueri-  
tatem Trismegystus hanc aliqua ratione pueniret: q̄ de deo p̄re  
oīa & de filio locut⁹ ē multa q̄ diuinis cōtinēt arcanis.

Capitulum. xxviii. De uera & singulari religione: & unde  
dicat̄ religio: uel secūdum Ciceronem uel alios.

Vē cū ita se habeāt (ut ostendim⁹) apparet nullā aliā spem  
uite homini eē ppositā: nisi ut abiēctis uanitatib⁹ & erro-  
re miserabili deū cognoscat: & deo seruiat: nisi huic tēpali renū-  
ciet uite: ac se rudimētis iusticię ad cultū uere religionis iſtituat.  
Hac enī cōditione gignimur: ut generati nos deo iusta & debita  
obsequia p̄beamus: hūc solum nouerim⁹ hūc sequamur. Hoc  
uinculo pietatis obſtricti deo & religati sumus: unde ip̄a religio  
nomē accepit: nō (ut Cicero it̄pretatus est) a religando: q̄ i libro  
de natura deoz̄ secūdo dicit ita. Nō. n. phi solum: uerum etiam  
maiores nostri superstitionez̄ a religione sepauerūt. Nā q̄ totos

dies precabant & imolabant: ut sui sibi filij supstitutes essent: superstitiosi sunt appellati. Qui autem omnia que ad cultum deorum pertinerent retractaret: & tamquam relegeret hi dicti sunt religiosi ex relegendo: tamquam eligendo eligentes: & ex diligendo diligentes: & ex intelligendo intelligentes. His. n. omnibus inest uis legendi eadem que in religioso: ita factum est in superstitioso a religioso: alterius uicii nomen: alterius laudis. Hec interpretatio que scripta sit: ex re ipsa licet noscere. Nam si in hisdem diis colendis: & religio & superstitio uersat: exigua uel potius nulla distantia est. Quid enim mihi affert cause: cur precari pro salute filiorum semel religiosi & idem decies facere superstitiosi esse hominis arbitretur? Si enim semel facere optimum est: quanto magis sepius? Si hora prima: ergo & tota die. Si una hostia placabilis: placabiliores utique hostie plurime: quia multiplicata obsequia merentur potius quam offendunt. Non enim nobis odiosi uidentur hi famuli: qui assidui ac frequentes ad obsequium fuerint: sed magis cari. Cur igitur sic in culpa & nomine reprehensibile accipiat: qui aut filios suos magis diligit: aut deos satis honorat? Laudet autem qui minus. Quod argumentum etiam e contrario ualeat. Si enim totus dies precari & immolare criminis est: ergo et semel? Si supstitutes filios sibi de optare uiciosum est: superstitiosus est igitur ille qui raro id optauerit? Aut cur uicii nomen sit ex eo tractum: quo nihil honestius: nihil iustius optari potest? Nam qui ait religiosos a religendo appellatos: qui retractent ea diligenter que ad cultum deorum pertineant: cur illi qui hoc sepe in die faciunt: religiosorum nomen amittant: cum multo utique diligentius ex assiduitate ipsa religant ea quibus dum colunt? Quid ergo est? Nimirum religio ueri cultus: superstitio falsi. Et omnino quod colas interest: non quemadmodum colas: aut quod preceris. Sed qui religiosos deorum cultores se putant cum sint superstitiosi: nec religionem possunt a superstitione discernere: nec significatiam nominum exprime. Diximus nomen religionis a uinculo pietatis esse deductum: qui hominem sibi deo religauerit & pietate constrinxerit: qui nos seruire ei ut domino: & obsequi ut patri necesse est. Eo melius ergo id nomen Lucretius interpretatus est: qui ait religionum se nodos soluere. Superstitiosi autem uocantur: non qui filios suos supstitutes optant. Omnes enim optamus: sed aut hi qui supstitite memoriam defunctorum colunt: aut qui parentibus suis supstitibus colebant imagines eorum domi tamquam deos penates. Nam qui novos sibi ritus assumebant: ut in deorum uicem mortuos honorarent: quos ex



hominibus in celū receptos putabāt: hos supstitiosos uocabant. Eos uero qui publicos & antiquos deos colerent: religiosos nominabāt. Vñ Virgili⁹. Vana supstitio uetereꝝq; ignara deoꝝ. Sed cum ueteres quoq; deos inueniamus eodem mō consecratos esse post obitum: supstitiosi ergo qui multos ac falsos deos colunt. Nos autē unū deū religiosi qui uni & uero deo supplicamus.

Cap. xxix. De unitate patris & filii: ut liqueat quō unius dei possūt eē cultores q̄ duos colūt: alterꝝ patrē alterꝝ filiū: patrē immortalem: filiū mortalem: de quo superius dictum est.

Ortasse querat aliquis: quomō cum deum nos unū colere dicamus: duos tamen asseueremus deū patrē & deū filiū: quę asseueratio plerōq; in maximum impegit errorem. Quib⁹ cū pbabilia uideātur esse quę dicimus in hoc uno labare nos arbitran: qđ & alterꝝ & mortālē deū fateamur. De mortalitate iam diximus: nunc de unitate doceamus. Cum dicimus deū patrē & deum filium: non diuersum dicimus: nec utrūq; secernimus: quā nec pater sine filio eē potest: nec filius a patre secerni: siqdem nec pater sine filio nuncupari: nec fili⁹ potest sine patre generari. Cū igit & pater filiū faciat & filius patrem: una utriq; mens: unus spūs: una substantia ē: sed ille quasi exuberans fons ē: hic tāq̄ defluens ex eo riuus: ille tāq̄ sol: hic tanq̄ radius ex sole porrectus: qui quoniam summo patri & fidelis & carus est: nō separatur sicut nec riuus a fonte: nec radius a sole: q̄ & aqua fontis in riuo est: & solis lumē ī radio: eque nec uox ab ore seiungi: nec uirt⁹ aut manus a corpore diuelli pōt. Cū igit a pphetis idē manus dei & uirtus & sermo dicat: utiq; nulla discretio ē: q̄ & lingua sermonis ministra est: & manus in qua est uirtus: indiuiduę sunt corporis portiones. Propriore exēplo uti libet. Cū quis habet filiū quem unice diligit: qui tamē sit ī domo & ī manu patris: licet ei nomē dñi ptātemq; cōcedat: ciuili tñ iure & dom⁹ una & unus dominus noīat. Sic hic mūdus una dei dom⁹: & fili⁹ & pater: q̄ unanimes incolūt mūdū deus unus: q̄ & unus est tāq̄ duo: & duo tāq̄ unus. Neq; id miꝝ cū & fili⁹ sit in patre: q̄ pater diligit filium: & pater in filio: quia uoluntati patris fideliter paret: nec unq̄ faciat aut fecerit: nisi quod pater aut uoluit aut iussit. Deniq; unum deum esse tam patrē q̄ filiū: Isaias in illo exēplo quod superi⁹

posuimus ostendit cū diceret. Adorabūt te & in te p̄cabūt: quoniam in te de⁹ ē: & nō ē ali⁹ de⁹ p̄ter te. Sed & alio loco similiter ait. Sic dicit dñs de⁹ rex israhel & q̄ eruit eū de⁹ etern⁹: ego p̄m⁹ & ego nouissim⁹: & p̄ter me nemo ē de⁹. Cū duas p̄sonas p̄posuisset dei regis. i. christi: & dei p̄ris q̄ eū post passionē ab israhel excitauit: sicut ostēdisse dixim⁹ Osee p̄phetā q̄ ait. Et de manu īferoꝝ eruā eū: tñ ad utrāq; p̄sonā referēs itulit: & p̄ter me nō est deus: cū posset dicere p̄ter nos: sed fas nō erat plurali numero separationē tantę necessitudinis fieri. Vnus est enī; solus liber deus summus carens origine: quia ipse est origo rerum: & in eo est simul & filius & omnia continent. Quapropter cū mens & uoluntas alterius ī altero sit: uel poti⁹ in utroq; una merito un⁹ de⁹ uterq; appellat: q̄ q̄cqd ē in patre ad filium transtulit: & q̄cquid est in filio a patre descēdit. Non potest igitur ille summus ac singularis deus nisi per filium coli: qui solum patrem se colere putat: sicut filium non colit: ita ne patrem quidem colit. Qui autē; filiū suscipit & nomē eius gerit: is uere cū filio simul & patrem colit: quoniā legatus & nuncius & sacerdos summi patris ē fili⁹. Hic tēpli maximi ianua est: hic lucis uia: hic dux salutis: hic ostium uitę.

Cap. xxx. De hēredibus quas non modo p̄phete: sed etiā christus & apostoli p̄dixerunt emersuras eē uitādas. Et q̄ illa sola ecclesia catholica ē & uera: in qua ē cōfessio & medicina peccatoꝝ p̄ poenitentiam et fidei sacramenta.

Ed quoniā multę hēreses extiterūt: & instinctibus demonum populus dei scissus est: determināda est nobis breuī ueritas: ac in suo proprio domicilio collocanda: ut si qs aquam uitę cupit haurire: nō ad detritos lacus deferat q̄ nō habēt uenā; sed uberrimū dei fontē nouerit: quo irrigat⁹ perenni luce patiat. Ante omnia scire nos cōuenit: & ipsum & legatos eius p̄dixisse: q̄ plurimę sectę & hēreses haberēt existere: quę concordiam sancti corporis rūperent: ac monuisse ut summa prudentia caueremus: nequādo in laqueos & fraudes illi⁹ aduersarij nostri cum quo luctari nos deus uoluit inciderem⁹: tñ dedisse certa mādata q̄ in p̄petuū custodire debemus. Quoꝝ pleriq; imitatores deserto itinere cęlesti uias sibi deuias p̄ anfractus & p̄cipitia conderūt: p̄ quā partē plebē icautā & simplicē ad tenebras mortēq;

deducerent. Quod quatenus acciderit exponā. Fuerūt quidam  
nostroz uel minus stabili fide: uel min<sup>9</sup> docti: uel min<sup>9</sup> cauti:  
q̄ descidiū facerēt unitatis: & ecclesiā dissiparēt. Sed hi quoq̄ fi  
des lubrica fuit: cū deū nosse se et colere simularēt augendis opi  
bus: & honori studēs affectabāt maximū sacerdotiū: & a poti  
orib<sup>9</sup> uicti cadē se cū suffragatorib<sup>9</sup> suis maluerūt: q̄ eos facere  
p̄positos qb<sup>9</sup> cōcupierāt ip̄i añ p̄poni. Quidā uero nō satis cele  
stibus litteris eruditi: cū ueritatis accusatorib<sup>9</sup> r̄ndere nō possēt:  
obūciētib<sup>9</sup> uel ip̄ossibile uel icōgruēs eē: ut de<sup>9</sup> i uiteq̄ se mulieris  
icluderet: nec celestē illā maiestātē ad tātā ifirmitatē potuisse de  
duci: ut hominib<sup>9</sup> cōtēptui: derisui: cōtumeliq̄: & ludibrio eēt.  
Postremo etiā cruciamēta p̄ferret: atq̄ execrabili patibulo figere  
tur. Quē oīa cū neq̄ īgenio nec doctrina defēdē ac refutare pos  
sent: nec enī uim rōemq̄ penit<sup>9</sup> p̄uidebāt: deprauati sūt ab itinere  
recto & celestis litteras corruerunt: ut nouā sibi doctrinā sine  
ulla radice ac stabilitate cōponerēt. Nōnulli aut̄ falsoq̄ p̄phetarū  
uaticinio illecti: de qb<sup>9</sup> & ueri p̄phetē & ip̄e p̄dixerāt: exciderūt  
a doctrina dei & traditionē uerā reliquerūt. Sed illi omnes de  
moniacis fraudib<sup>9</sup> irrbetiti: quas prospicere & cauere debuerāt:  
diuinū nomē & cultū p̄ ip̄rudētiā pdiderūt. Cum enī frigēs aut  
nouatiani: aut ualentiniani: aut marcioniteq̄: aut antropiani: aut ar  
riani: seu qlibet alij nominātē: christiani eē desierūt hi q̄ christi no  
mine amisso: hūana & externa uocabula iduerunt. Sola igitur ca  
tholica ecclesia est q̄ ueq̄ cultū retinet. Hic ē fons ueritatis: hoc ē  
domicilium fidei: hoc templū dei: quo si quis nō intrauerit: uel  
a quo si quis exiuerit a spe uite ac salutis eterne alien<sup>9</sup> ē. Neminē  
sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enī de uita  
& salute: cui nisi caute & diligenter cōsulatur: amissa & exticta  
erit. Sed tñ q̄ singuli quiq̄ cētus hēreticoz se potissimūz christi  
anos & suam eē catholicā ecclām putāt: sciendū est illā eē uerā in  
qua est religio cōfessio & poenitētia: q̄ peccata & uulnera qb<sup>9</sup> ē  
subiecta imbecillitas carnis salubriter curat. Hęc interim paucis  
admonendi gratia retuli: ne quis errorem fugere cupiēs: maiori  
implicet errore: dum penetrare ueritatis ignorat. Postea plenius  
& uerius contra omnes mendacioz sectas p̄prio separatoq̄ ope  
re pugnabimus. Sequit̄ ut quoniam satis de religione uera & la  
pientia locuti sumus: in pximo libro de iusticia differams.

2

L. Coelij Lactantij firmiani diuinay institutionū aduersus gen-  
tes Liber quintus de iusticia ad Constantinum impatorem.

Quod iniquū & impiū ē aī dānare psonā : uel cām q̄ de merito eius  
cognoscē: & quare sapiētia sit uiciēda religioni: & quare sapiētia  
hui⁹ mūdi litteras sacras cōtēpserit: & q̄ eloq̄ntia sēculo seruit:  
& q̄ plezq; ut melius ellucescat ex idustria ipugnat ueritatē: q̄ fe-  
re semp idoneis assertoribus indiget. C. i.

On ē apud me dubiū Cōstātine ipator maxie qn  
h opus nostz quo singularis ille rez conditor: &  
hui⁹ imēsi operis rector asserit. Si qs attigerit ex  
istis iēptē religionis: ut sūt nimia supstitiōe ipar-  
tientes: iſectet etiā maledictis: ut uix lectio foitaf  
se pncipio affligat: pūciat: excreet: seq; i expiabili scelē cōtamina-  
ri atq; astrigi putet: si hęc aut legat patiēter aut audiat. Ob h tñ si  
fieri pōt hūanitatis iure postulam⁹: ut non p̄s dānet: q̄ uniuersa  
cognouerit. Nā si sacrilegis & pditorib⁹ & ueneficis ptās defē-  
dēdi sui dat: nec p̄dānari quēq; icognita cā licet: nō iniuste petere  
uidemur: ut si qs erit ille q̄ iciderit in hęc: si leget plegat: si audiet  
fnām: differat i extremū: sed noui hominū p̄tinātiā: nūq; ipetra-  
bimus. Timēt enī ne a nobis reuicti manus dare aliqñ clamante  
ipsa ueritate cogantur. Obstrepunt igitur: & intercedūt ne audi-  
ant: & oculos suos opp̄mūt: ne lumē uideāt qd' offerim⁹. Quo  
plane ipsi diffidentiā suę perditę rationis oñdūt: cū neq; cogno-  
scere neq; congregi audent: quia sciunt se facile supari. Et iccirco  
disceptatione sublata pellitur e medio sapiētia uigeritur: ut ait  
Ennius. Et q̄ student dānare tanq̄ nocentes quos utique sciunt  
innocentes: constare de ipsa innocentia nolunt: quasi uero maior  
iniquitas sit probatam innocentiam dānasse q̄ inauditam. Sed  
(ut dixi) uerentur: ne si audierint damnare nō possint. Et iō cul-  
tores dei summi hoc est iustos homines torquent: interficiunt:  
exterminant: nec causas odioz ipsi reddere possunt: qui tam ue-  
bementer oderunt: quia ipsi errant: irascuntur his qui uiam uerā  
sequūtur: & cū corrigere se possint: errores suos insup crudeli-  
bus factis coaceruant: innocentium cruore maculant: & dicatas  
deo mētes euisceratis corporib⁹ detorquēt: cū talib⁹ nūc congre-  
di & disputare cōtēdimus. Hos ad ueritatē ab inepta psuasione